




NAZIONALE
36
R. BIBLIOTECA
18 B
CENTRALE V. E. II
20
ROMA



# ECCLESIA.

ESAI. 38.
Ecce in pace amaritudo mea
amarissima.





Per V. Michaëlem Buechingerum
Colmariensem.

Cum gratia & priuilegio Imperiali.

Anno M. D. LVI.

# AD DEVM PRECA-
## catio pro Ecclesia san-
## cta Catholica.

*EST unum corpus uarijs Ecclesia terris,*
*Per Christum miris consociata modis:*
*Qui caput illius, nos uiuida membra uocamur;*
*Quos eadem casto iungit amore fides.*
*O caput, ô nostræ reparator Christe salutis,*
*Quem dominũ nouit Christiadum ora suum:*
*Qui quodcunq; uoles uel nutu perficis ipso,*
*Cuius ut hæc rerum est machina tota manu:*
*Collige nos uarijs sparsos tot sensibus, unì*
*Quos hìc diuersos Vis inimica facit.*
*Fac, ut qui loti sacra baptismatis unda,*
*Ac per te geniti, turba nouata sumus;*
*Concordes uerè corpus coeamus in unum;*
*Cælitus unitum cuius es ipse caput.*
*Ceu propria humanam reparasti morte salutẽ;*
*Deniq; & immensi totius orbis opus:*
*Sic eadem nobis Da sit doctrina fidesq;,*
*Grataq; plebs celebret nomen in orbe tuum:*
*Tot fluctus paßim, rapidas tot uerte procellas,*
*Hæc tua queìs uariè uoluitur ipsa ratis.*
*Naufragiũ siquidẽ præsens minitatur et urget,*
*Et prope iam sæuis præda rotamur aquis.*

*Vllæ nec uires hominum, sapientia nulla,*
*Iam nec opes poterunt ferre salutis opem.*
*Hos rerum fluctus, tempestatesq; malignas*
*Sola serenabunt lumina, Christe, tua.*

## ALIA PRECATIVNCVLA *pro pace.*

*Omnipotens æterne Deus, rerumq; creator,*
*Qui mare, qui terras, summaq; regna tenes:*
*Huc oculos aduerte tuos, auresq; benignas,*
*Et clemens populi suscipe uota tui.*
*Temporibus, quæ sunt longè tristißima, nostris*
*Pacis, te petimus, munera redde tuæ:*
*Per Christum, uera quem uoce fatemur, Iesum,*
*Tecum cum sacro Flamine Numen idem.*

SEBASTIANVS
SOLIDVS *scripsit*
*7. calend. Maias, Anno*
*Christi, 1556.*

REVERENDISSIMO *in Christo patri, ac pientißimo principi & Domino, D. Iohanni Rudolpho Abbati Muerbacensi et Lutrensi, Domino suo clementi, Michaël Buechbingerus.*

S. D.



*Tsi Christus saluator, Princeps, gloriosißima & triumphali sua paßione serpētis antiqui caput ita contriuerit, ut iam nihil uirium seu potestatis in unctos et electos domini habeat teneatq́: nisi quantū à deo incrementū ipsi cōceditur. Tamē nō quiescit stygius ille ueterator millies execrandus (qui sæui leonis instar nobis imminet totos absorbeat) subinde superciliū erigere, et uenenoso suo Circæo poculo humanū genus, quòd primitus exercuit, demētare, hominūq́; saluti nunq̄ nō insidiari. Nūquam inquā capit somnū, somnificus ille et antiquus amuleti dissuasor, uerū omnē (quod aiūt) mouet lapidē, id unū die noctuq́; curās, ut quoscūq́; poteſt à tramite salutis in cacoethes et inuiū adducat. Atq́; id quidē nō solū per se, sed per cacoangelos spiritus impostores: superciliosos*

*& uafros hæresiotas ministros suos, Quorū quidē instinctui etiā nostro tēpore deploratißimo ferè, eheu, nouißimo, nimiū plures aures præbēt Hoc ego cū considerarē, Princeps et Columē Ecclesiæ, tēperare mihi nequiui quin cruētißimorū pseudomistarū (qui sua uota secant) panurgiam & fucū detegerē, ut si qui boni Christiani ophiomachi, ex illius insidijs nondū circūuenti et illaqueati sint, à nequißimis hostib9 pseudoangelicis sibi cauēdū esse intelligāt. Si qui uerò lethifero illo phyltro inebriati, et illorū laqueis irretiti sint ut quū cōpedes suos intellexerint profundā summi opificis misericordiam supplices implorantes uinculorū suorū dissolutionē impetrēt. Quēad. uerò hostis, tū demū periculosißimus et dirus est quū amicū se simulat, et latrones peßimi sunt qui amplexādo strāgulāt. Ita ecclesiæ spurij, cū maximè nobile inferorū spoliū (animas) ad interitū ducūt, dū nō se sanguinarios hostes, sed amicos: Non cacoangelos sed angelicos, simulant & ostendunt. Qua ratione impulsus Claßicos & grauißimos pietatis authores, (ex quibus tanquàm ex amænißimo prato selectißimos flosculos gnomas & iudicia decerpsi, & in hunc libellum contraxi: Et sicut Lucretius canit,*

*Floriferis ut apes in saltibus omnia libant:*

*Omnia nos itidē decerpsimus aurea dicta, etc.)*

Et religionis orthodoxæ assertores præcipuos, quos θεοδιδάκτους uocamus, quãta potui diligentia, cura, & attẽtione animi perlegi, ut ipsorũ et consilio adiutus, et authoritate firmatus me recẽtioribus hostibus S.R.E. opponerẽ. Nõ quidem ad effundendũ sanguinem, sed ad iugulandũ errores. Has ergo primitiolas & theses, quũ uidissent amici haudquaquàm indocti & Nominis R.D.T. studiosissimi, omni ope conissi sunt efficere, ne supprimeretur: At ego, omnium doctissimorũ abortiuus humilẽ dicendi filiũ stiliq; tenuitatẽ perpendens, id prorsus recusaui, (solẽt nãq; primi fœtus horriduli esse & insuauiores) mihi ipsi enim ea, memoriæ cõsulturus, cõscripserã, addẽs preterea me nudius atq; incultiũs scripsisse q̃ prò hoc nostro sæculo politissimo: Nã qui Icari in modũ assũptis pennis, altius q̃ par est uolare cõtendunt, facilime glutino solaribus radijs dissoluto, uno motu ad imũ è superis deturbãtur. Cũ enim tãgo abusus, mox futuros obmurmuratores scio, fucis similes ignauis omnia caninis rictibus mordẽtes, qui dicturi sunt superciliosus est, aliena à nostris moribus prædicat. Si aũt scismaticos pũgo, mox adulator sum, hypocrita, sic multis innatũ est calũniari, et nescio, an nunq̃ διαβολὴ Lucianica, ualidior, reprehendo

hẽdebatur à pseudoapostolis D. Pauli studiũ, interim tamen ipse ἀνεπίληπτος erat. Hic illi, ob unam hanc causam in publicũ dabis, (cum & mulier Moabitida spicas collegerit) nã hac in re iunioribus mystis ansa dabitur, & imperiti nõdũ emũctæ naris quibus cortice natare opus est, quibusq; nõ uacat grãdia heroũ uolumina, spißitudine Commentarioriũ deterriti, reuoluere, in prõptu, & breui (ut aiũt) manu summariũ habebũt cõtra dicaculos Anomistas: Sic ergo persuasus uẽtis uela cõmisimus, cũ tota uirtutis laus, ut præclare scriptũ est à Cic. in ipsa tantũ actione cõsistat: & Isocrates, ἐὰν ῇς φιλομαθὴς ἔσῃ πολυμαθής. Præstat Penelopes telas texere, q̃ ocio et delitijs diffluere. Non nobis solũ nati sumus, sed quisq; ad id quod facere põtest, detrudẽdus est, inquit Cic. Merces interim nostras nullis præferẽtes, nec gloriolæ choragiũ ambiẽs (id bona numina testor) Christi gloriã quæro nõ moror lectorũ applausum: cessurus libẽter meliora afferẽtibus, quorũ etiã nõ recuso limã. Qũũ huc aũt atq; illuc multũ diuq; circũspicerẽ, cui hosce meos ardores, et gratũ animũ nominatim dedicarem (priscis enim mos fuit scriptoribus, sua studia consecrare Principibus) nemo mihi te, princeps ter maxime, cum dignior, tum aptior occur-

Ruht. 2.

Ignoti nulla cupido.

Cic. 1. off.

in Apo. 11.

1. de Orat.

*occcurrit: Primum enim, frigescat adulatio, norũt pleriq; R. D. T. et pietate & eruditione multijuga insignẽ esse, ideoq; amabilẽ. Itaq; pleriq; tuã nobilitatẽ nõ ex maiorũ imaginibus, quas clarißimas accepisti, Nõ diuitijs qbus uel Craeso aequiparandus es, sed ex uirtute dimetiũtur: Nouimus τοὺς αὐτοὺς εὐγενεῖς τοὺς καὶ ἐναρέτους Recte igitur διδακτικὸς uocaris: Rectè φιλαγαθός, qui uere bonis rebus studes, & bonos adamas & promoues, à quo mala ita sunt aliena, quàm quae alienißima. At non commodum uidetur esse, Princeps optime, nunc tuas omneis laudes recensere, probe sciens, et tenuitatem meã id digne & pro merito non posse, & aures tuas ad laudes proprias plusquàm Catoniana grauitate ac seueritate rigidas & occlusas esse, & multis alijs nexibus irretitum, omittam itaq; atq; in aliud tẽpus differam. Accipiat ergo R. D. T. hunc exiguũ libellũ (quod ex multis praeclarißimis S. Paginae scriptoribus iã ferè per 183. dies, non sine uigilijs & laboribus maximis collegi, cõgeßi, & quantum ingenio, atq; industria potui, augmẽtaui) à me obuijs manibus ac serena frõte, pro magnis in me collatis beneficijs, malui enim tenuia haec, quam nulla dare: & minime dubito, quin haec mediocria (nihil enim obscure & sphin-*

gicôs traditur ) animo lætißimo ſis accepturus: Artaxerxes Perſarũ rex, cognomento Memor, non tam donum, quàm donantis animum exoſculatus eſt, donamus ergo & nos parui agelli fructum, ſed ut T. R. D. auxilio larga copia creſcat. Maximè præterea laborem T. R. D. placiturum ſpero, cum non ignorem, quantum illa delectetur S. matris eccleſiæ Statutis, et Patrũ in eadẽ ſcriptis. Longiorem Iliáda ad te, Princeps optime, ſcripſiſſẽ, niſi pro me apud T. R. D. materia ipſa loqueretur. Tu me, ut facis, opera, cõſilio, gratia iuua. Deus Op. Max. tuam amplitudinem ad publicũ orbi chriſtiani commodum quàm diutißime ſeruare dignetur, tueatur et dirigat: Cui me unicè commendatum iri cupio. Dilingæ in Rhetia ex officina Sebaldi Maioris, Anno redempti orbis 1556. die uerò 9. menſis Maij.

T. R. D.

Obſequentißimus.

Michaël Buechingerus Colmarienſis, presbyter indignus.

Petro-

# PERORATIO AVTHORIS
## Ad Lectorem.

HAbes candidißime Lector, quiſquis es, introductiões has noſtras, paucis ac ceu ſubciſiuis horis abſolutas, in quibus nõ ſpectabis uerborũ corticem, ſed medullã, non carnẽ ſed ſpiritũ, non uerborũ duritiem ac incõcinnitatem, ſed materiæ ac rei maieſtatẽ, eſt enim cauſa fidei, in qua non uerbis, (nemo enim læditur nec dãnatur, uerùm uel uirtutes commendantur, uel uitia taxantur) non prudẽtia carnis certandum, ſed ſpiritu, ſed ueritate, quæ olim triũphabit, utcũq; iã ab hominibus cõculcetur, utcũq; iacturam patiatur: uincit tamen ſi quãdo diligẽtius examinata fuerit. Vita breuis eſt, inquit Cicero pro Seſtio, gloriæ curſus ſempiternus. Inueniet hic ingenuus nõ pauca ad bene, beateq; uiuendũ hortamẽta. Diſcet hic hæreticorũ terriculamenta eſſe fugienda, & uoluptatum fugam, ad ſanctiorem uitã q̃ maximè conducere. Nec iſta ſcripſimus, ut extolleremus eccleſiam (cui omnia ſubmittimus) ſeu huius fidẽ quæ nullius cõmendatiõe aut præconijs indiget: tantũ abeſt, ut noſtris egere uideatur: ſed ad fratres cõfirmãdos, et exteros quoq; perducẽdos ad tãti boni cõmunionẽ. At iã nũc quoſdã cri-

ticos

*ticos exaudire uideor, meis lucubratiunculis ob-
strepentes. Hui: Quid mihi Buechingere cū istis
tuis frigidis exercitationibus? Scio ego, haud il-
las esse, quæ præclaris ac maximis ingenijs respō-
deat, (mihi enim non tam propitius Mercurius,
nec tam dulces camenæ. Daui non Oedipi sumus)
sed ut authoritate sua paruo pedi magnos calceos
circundent. Quapropter amicißime lector rogo,
ut hoc studium quod tam innumera secum adfert
commoda studiosè amplectaris, pariter ac pronā
beneficiendi uoluntatem æquo animo suscipias,
quæ ad promouenda piorum studia ædita sunt.
Hæc si placuisse cognouero, omnibus ingenij cor-
porisq́; neruulis conabor maiora quæ postea Deo
auspicante condonabuntur: Quicquid autem est
operis in hoc tibi inscribitur, ut arbitrio stetq́;,
cadatq́; tuo. Verùm ne te optime lector longis
ambagibus circumducam, & ne compen-
dium nostrum titulum breuitatis amit-
tat, paucißimis uerbis compre-
hendam capita tractan-
dorum.*

*Index*

INDEX LOCORVM MAXIME INSIGNIUM.



Caput

FINIS.

HAec ſunt amice lector in eũ (quem uides) ordinem pauciſsimis ſanè menſibus à nobis cõgeſta, quo piorum animi corroborarentur. Neq; eſt quod mihi impudenter ex hoc libello auſim aſſerere, præter inſignem ignorantiã, & breuem laborem (ſi modo labor eſt gratificari pijs) ſiquidem uniuerſa fermè quæ hic offendis, ab alijs ſunt tractata, licet diffuſius: Nos aliò properantes breuitati ſtuduimus. Tuum autem fuerit hoc qualecunq; eſt numeris æqui boniq; conſulere. Vale candide, & tu Inuidia uale longum, macreſce, κρόμμυα ὀσφραίνου, κλαίε οἴμωζε.

Nil aliud niſi ſe ualet ardens Ethna cremare.
Sic ſe: non alios inuidus igne coquit.



ECCLESIA CATHOLICA MILITANS. Est *sanctorum communio seu congregatio, (uide* Hieronym: *ad Gerontiam demono:)complectens tam bonos quàm malos:* De*monstrat parabola* Euangelica *de area,* Matth. 13.*tritico & palea:item altera de sagena missa in mare.* E*st autem duplex uerriculum, unum, prædicationem* E*uangelicam designat,quod traxerunt* Ap*ostoli & posteri,de quibus* Hier. 16. *Alterum calumniatoris est, de quo habacuck cap.*1.Et *Ecclesiast.*7. *&c.* V*el aliter,* ECCLESIA *est multitudo uel collectio fidelium fide & charitate unita, pro qua unione Christus orauit.* Ioan. 17. *Dicens:* P*ater rogo ut omnes unum sint ,sicut tu pater in me,& ego in te. &c.* V*el ut* L*actantij uerbis utar, lib.* 4. *diuinarum institutionum cap. ultimo.* ECCLESIA *catholica est,quæ uerum cultum re-*

In Ecclesia boni pariter & mali.

tinet, & in qua uera religio est, scilicet confessio & pœnitentia, quæ peccata, et uulnera delinquentiũ salubriter curare potest &c. Hæc hactenus inconcussa stetit propter constantiam fidei in Christum, unde non immeritò dicitur petra offensionis & scandali, quando ad eam quàm plurimi hactenus collisi.

## ECCLESIA EX PLVRIbus constat.

CONstat autem Ecclesia, (in qua à bonis deus colitur 1. Thessal. 2. 1. Timothe. 3. Acto. 12. 1. Pet. 5. &c.) Vt latius discutiemus deo annuente, ex pluribus, Barbaris puta: Græcis, Latinis, Hebræis, pueris, senibus, dominis, seruis, masculis, fœminis, non genus, non conditio aditum regni cælorum obstruit.

Breuiter, tenetur quilibet Christianus firmiter credere, VNAM esse in terris VNIVERSALEM ECCLESIAM VISIBILEM, ut paulò post dicetur, in fide & moribus errare non ualentem: Cui omnes fideles, in ijs quæ sunt fidei, & morum, obedire adstringuntur.

## VNA ECCLESIA.

EST autem VNA ECCLESIA cum illa ueteri Ecclesia Christi, (utranq; connectit lapis angularis) habẽs immobile ac solidum

dum fundamentum usq; ad nos deriuatam, firmamentum atq; inuicta ueritatis columna, nõ confusa atq; indigesta congeries, sed ordinatißima Christianorum compages. Nec alia, inquam, est Ecclesia Christiana ab illa ueteri, utraq; enim, ueluti ciuitas magna, fundata est super fundamẽtum prophetarum & Apostolorum, Christum: quem patres expectauerunt, prophetæ prædixerunt, Apostoli aduenisse prædicauerunt. &c. HANC ECCLESIAE unitatem Solomon indicauit, cantico 6. perfecta mea, una est matri suæ, Electæ genitrici suæ. Eadem inculcat fortis fidei agonista Paulus ephesijs, ca. 4. Vnũ corpus, inquit, unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ. Vnus dominus, una fides, unũ baptisma. Et idẽ. 1. Co. 11. caput uiri Christus, caput uerò Christi, deus, etc. Vna ergo quã quam à S. pneumate paracleto regatur inuisibiliter, EST tamen & in manifesto palamq; cognoscibilis: de hac hymnidicus psaltes egregius, Psalm. 21. Apud te, inquit, laus mea in Ecclesia magna, &c. Et idem Psalmographus, Psal. 67. In Ecclesijs benedicite domino, Rursusq; psal. 106. Exaltent eum in Ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eum, &c. Vnitatis Ecclesiæ meminit D. Cyprianus martyr,

Vnitas Ecclesiæ Christianæ cum ueteri.

Vide Cyprianum 2 li. Epist. 6.

Ephes. 1.

Ecclesia cognoscibilis.

Cyprianus anno 160. libro 1. capite 12. Ecclesia catholica, inquit, una esse potest: scindi uel diuidi non potest. Et Augustinus de utilitate creden: cap. 7. ait. Vna est catholica Ecclesia, cui hæreses aliæ, diuersa nomina imponunt, cum ipsæ singulæ proprijs uocabulis, quæ negare non audeant, appellentur: et Cyprianus ad magnum filium li. 1. Epistolarum, ait: Quod una Ecclesia sit, declarat in canticis spiritus sanctus, Vna Ecclesia est, ebuccinat idem Cyprianus in tracta: de simpli: Præla: Quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur, quomodo solis radij multi, sed robur unum tenaci radice fundatum. Et cum de fonte uno riui plurimi defluunt, numerositas licet diffusa uideatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen seruatur in origine. Et idem Epistol. 8. libro 1. Deus unus est. Et Christus unus est, una Ecclesia, & cathedra una, super petram domini uoce fundata. Aliud altare constitui, aut sacerdotium nouum fieri, præter unum altare, & unum sacerdotium, non potest. Quisquis alibi collegerit, spargit, &c.

Ecclesia atomos id est indiuisibilis.

## ECCLESIÆ unitas unde.

SEd unde Ecclesiæ ea unitas, et sibi per omnia secula consentiens R. Ex spiritu unicæ ueritatis unico, spiritū eū Christus (qui idoneos

nos

*nos fecit ad participationẽ sortis sanctorũ in lumine* Colloss.1.*qui eripuit nos à potestate tenebrarum, qui est imago dei inconspicui, primogenitus uniuersæ creaturæ,&c)suæ* Ecclesiæ *non solum consolatorem, sed & rectorem, & omnigenæ ueritatis doctorem promisit:* Hic *est ille spiritus, qui charitates nectit, affectiones constringit, sectas repellit, regulam ueritatis expedit, hæreticos reuincit, improbos foras expuit,*Euangelia *custodit,&c.* Et *cui liberum est diffingere & destruere pro arbitratu, quod arbitrio suo finxit.* V*nde in peruersorum conuenticulis spiritus talis esse nõ potest, quia distracti sunt in Sion habitat dominus,* P*sa.*73.Hi.8. Io. 3.*Christus ueritas est,* Ioa. 14.*Spiritus sanctus nusquam sibi diffidet, sui ubiq; similis est,* Harmagedon *ille infernalis mille artifex est,& centiceps bestia, mendax: exite de illo pij.*

Tertullia. de trinita.

## Vnitatis Excellentia.

VNitas *autem omnem numerũ simplicißimè penetrat, omniumq; numerorũ cõmunis mensura, fons & origo, omnem numerum in se unicè coniunctum continet, multitudinis omnis insors, semper eadem & immutabi-*

lis & indiuisibilis est, partium omnium expers, non secatur, sed multiplicatur in unitates. Sic unum rerũ omnium principium est, unus Deus, sui ubiq; similis, cuius uiribus nihil obsistit: Deutero. 6. ADONAI EHAD, hoc est. Vnus est deus. Vnius dei unus mundus, & rector illius unus: Vnius mundi unus Sol. Vnus quoq; in mundo phœnix. Vnũ est elementum uincens & omnia penetrans, ignis. Ab uno homine Adamo, omnes producti sunt: Ab uno illo omnes mortui sunt: ab uno IHESV CHRISTO, quo nihil sapientius, nihil melius, rursus regenerati sunt. Vnus deus & pater omnium, unus mediator dei & hominum, cuius cognitioni nulla interponitur nubecula: Vnus altißimus creator qui super omnes, per omnia & in omnibus nobis: Vnus enim Pater deus, à quo omnia, & nos in illo, unus deus IHESVS CHRISTVS σωτὴρ, per quem omnia, & nos per ipsum, quem & D. August. de gra. nó. Testa. epistol. 120. sacrificium noui testamẽti uocat, &c. Vnus deus spiritus sanctus, in quem omnia, & nos in ipsum: Sed ad institutum. Sic una ciuitas, ut repetam, unum uerriculũ: una petri nauis hippagona, &c. Quæ omnia monadem exigunt: Sic etiam una sancta catholica Ecclesia, Sponsa Christi,

Trinitas ratione nominum & proprietatis personalis. Monas ratione simplicissimæ unitatis.

Arca ἀντίτυπος Ecclesiæ.

*Christi, Mater omnium. Hæc est Arca illa patris* Noë, *Genesços* 7. *quæ in toto orbe terrarũ unica fluctuat in aquis horum temporum, extra quam nemo saluus esse poterit.* Hac in Arca, *inquam,* Nohemi, *qui delitescit, securus erit,* Gen. 7. 1. Pet. 3. *Firmißime tene, Arcam dei esse catholicam ecclesiam, inquit* Augustin: *in libro de fide ad* Petrum, *cap.* 43. *&c.* Egressus Noah *uineam plantauit, & bibens de ea inebriatus est: natus quoq; in carne Christus ecclesiã plantauit, & passus est.* Nudatum *patrem irrisit* Cham, *at uerò* Sem & Iaphet *operuerunt uerenda patris sui, Genesços* 9. *& deum crucifixum illuserunt pharisæi,* Psalm. 21. Et *honorauerunt gentiles, &c.* Qui *ergo extra* Arcam *est marcescet, obruetur undis:* Quando *& Sacramenta extra ecclesiam suscepta non ualent, approbante* D. August. *contra donatistas de Baptismo, lib. 3. cap.* 17. *Sacramẽti, inquit, integritas ubiq; cognoscitur, sed ad peccatorum illam irreuocabilem remißionem, extra ciuitatem ecclesiæ non ualebit.* Hic *est hortus ille conclusus, soror mea et spõsa:* Cuius *maceriam nemini attentare licet.* Magna *uis est unitatis ecclesiasticæ, magna arctißimaq; coniunctio: quam qui uiolat, non unum hominem, sed totam fide-*

Extra ecclesiã Sacramenta non ualẽt.

lium congregationem, neq; hanc solam, sed Christum ipsum, qui caput eius est, uiolat.

## HEPTADES MVLTÆ LEguntur in libro Apocalypseos: & quid sibi uelint.

Licet autem in Apocalypseos libro, cap. 1. Septem scribantur Ecclesiæ: Ephesus 1. smyrna: 2. Bergamus: 3. Thyatira: 4. (de qua erat illa puella Lydia Porphyropolis seu purpuraria, acto. 16. quæ per Apostolum paulum in Philippis urbe Macedoniæ, uerbum uitæ suscepit.) Sardis. 5. (σάρδεις pluraliter urbs Lydiæ caput, regia Cræsi: apud quam Aliacis tumulus super excelsa crepidine: Huius ciuitatis Episcopus fuit Melito, uir celeberrimus & doctor insignis, cuius multa extant paßim uulgata opa:) Philadelphia 6. (urbs quondā Myßiæ terræ motibus concussa: iuxta quam orientem uersus, exusta regio patet stadijs longa quingentis, quadringentis lata &c.) Et Laodicea. 7. una tamen in Canticis, cap. 6. est columba: Nam sapientia ædificauit sibi domum, prouer. 9. Excidit columnas 7. una est ergo Ecclesia septem ordinibus distributa, uel 7. charismatibus, Esa. 11. insig-

Vide Herodotum.

[illegible]

11. *insignita: quam ille pacificat, & adunat, custodit & regit, &c.* In hisce septem Iohannes *prædicans, Episcopus & pastor horum fuit antequàm in Patmũ à domitiano relegaretur. Exulans in Patmo, officio suo Episcopali, pastorali, Euangelistico & Apostolico fungi non poterat: scripsit itaq; prophetiam eam sibi reuelatam, contra Hebionitas, Cerinthum, atq; contra omnes hæreticos & scismatarchas, pacem Ecclesiæ conturbãtes, corpus bestiæ infernalis. Ecclesias 7. ponit, inquit Cyprianus, ut seruetur septenarius numerus: ut dies septem, quibus dominus mundum fecit, ut angeli septem qui assistunt ante faciem Dei. Et lucerna septiformis in tabernaculo testimonij, & spiritus septem, ac candelabra septem, & columnæ septem, super quas ædificauit domum* SAPIENTIA.

De Iohãne Apostolo. D. Hiero. lib. 3. Epi. ad Gal. ca. 6. Tertul. li. in libro de præscriptionibus hæreticorum.

## Obijcitur Lemma.

H*Ic uideo adesse quosdam multis quæstionibus, tanquàm tendiculis instructos: tamen Ecclesiarum, blaterant, numero plurali meminit* Paulus 2. Corinth. 11. Et 12. &c. Re*spon.* Quòd *hic dicit* Ecclesiôn, *nemo Christianus accipiat de mollibus honoribus* Cellarum &

Cauilli remotio.

Basilicarum, sed de fideliũ cõtionibus. In plurali loquitur etiam. Ro. 16. acto. 14. 1. Thessalo. 2. Gala. 1. 1. Cor. 14. &c. sed neq; hoc fit abs re.

VNA idcirco sola Ecclesia catholica, quam nos olim prophetæ, & posthac Christus Deus et homo docuit, in qua per IHESVM Christum apertissime, & citra omnem ambiguitatẽ æterna fœlicitas seruatoribus promittitur (positus enim in resurrectionem & ruinã multorum in Israel, Lu. 2.) Numeri 15. Psa. 102. Ezec. 33. Math. 23. Mat. 5. 6. Lu. 11. Ro. 2. &c. Et incredulis contẽptoribus sempiterna incẽdia interminãtur. Ergo, inquit Ambrosius offi. li. 3. ca. 16. Qui facit mandatũ Dei, eius amicus est, & hoc honorabitur nomine. De bonis fideliũ operib⁹ uide Orig. in caput Ro. 4. et li. 3. in caput Rom. 3. Chrys. hom. 29. in Rom. ca. 15. Item: Hom. 31. in Rom. cap. 16. Augustinũ in Psal. 94. Chryso. Homil. 12. in Genesim. Et Hom. 1. in cap. Ephe. 1. Eundẽ in 1. Timot. 1. August. in Psal. 89. &c. uerùm ad institutum. HAEC ergo unica ecclesia catholica omnes in uniuersum orthodoxos, cùm uiuos tum mortuos continet, qui eadem fidei sacramenta, idem baptisma, eũdem seruatorem Christũ, eandem ecclesiæ authoritatem profitentur. Summa: Ex hac unica ecclesia multæ conflantur ecclesiæ, hoc

Sola fides nõ sufficit, ad absolutam iustificationem.

hoc est, cōgregationes, una in omnibus fides docetur, unum Euangelion. Hijsdem omnes sacramentis utuntur. Nulla cæremonijs certis caret: Nihil dispar in tanta potest esse unitate. Ex hac ergo concordia, atq; consensu ex omnibus resultante, nascitur manifestum argumentum ueræ ecclesiæ dinoscendæ.

## ECCLESIA VBI.

AT reclamant dicaculi Anomystæ (quos Græci uocāt ἀθέους) stentorea uoce: penes nos ista catholica ecclesia est, nos illius filioli, si credere fas est, & cohæredes Christi, Rom. 8. Et quid nō audent argutuli? Quibus respondemus & quidem paucis, nō enim commentarios, sed tantum breues theses, primitiolas, & curtam προσαγωγὴν tractamus & offerimus: si ueritas imprimum, ut iactanter gloriari soletis, uobis authoribus reuelata est, ubi quæso spiritus ille Dei intra 1500. annos sese cōtinuit? cū sponsus manifestè dicat, uos cognoscetis eū, quia apud uos manebit, et in uobis erit. Quod autē illa pollicitatio non ad solum apostolicum senatum pertineat, sed ad uniuersos ecclesiæ mystas, omnibus catholicis planè cognitum & pera

*tinet palmamq; præripit. Sed blaterant Christũ quidem, qui uere ἀναμάρτητος & impeccabilis est, perpetuò adsistere concioni suæ, sed nõ esse eam, quam nos dicimus, ueram Ecclesiam: dicant ergo nobis ubi prius uera Ecclesia fuerit, in oriente ne, an in occidente? Imò dicant nobis, si Romana Ecclesia Catholica, quam antiquam, ut infra docebimus, Et catholicam uocamus, & in qua Hæretistæ baptizati sunt, à qua Biblia & sacramenta acceperunt, & absq; cuius suppetijs, nec suam synagogam conseruare possunt Anabaptisticam: Si, inquàm, hæc non est: dicant nobis certò, ubi nam illa sit, & qui nam ad ipsam pertineant? miseri suæ Ecclesiæ nullàm possunt ostendere traducem. Acephali, audent se opponere uniuersali cõsensui Christianitatis & Christo, qui Ecclesiæ caput est. At ganniũt Christum suum esse caput, certè cauda fœda, traducem colli, pectoris, & aliorum Christi corporis membrorum, ostendere non possunt: catholici uerò possunt suam fidem ostendere traducis esse cõmunionis sanctorum, uniuersorum seculorum & omnium nationũ: postula à me, inquit dominus, & dabo tibi gẽtes hæreditatem tuam, possessiones tuas, terminos terræ, &c. Sinant igitur nobis nostram ecclesiam, habea(n)t illi suam Christianam* Psalm. 2.

*eam & spinosam, donec ipsi nobis demonstrare possint certiorem. Non enim ideo ecclesia non est, quia in ipsa sunt multi mali, paucis bonis admixti, nam & in horreo dominico sunt triticum & paleæ: in rete Euangelico boni & mali pisces: ad nuptias uocantur & prudentes & fatuæ uirgunculæ. (abusus reformandos cẽsemus, ipsam autem ecclesiam matricem minimè abolẽdam.) Augustin. ille maximus, eruditiõe et pietate clarißimus antistes, hoc negocium contra* Parmenianum Donatistam *tractans lib. 2. ca. 11. inter cætera sic scribit. Spiritus sanctus in ecclesiæ præposito uel ministro sic inest, ut si fictus non est, operetur per eum spiritus sanctus, & ad eius mercedẽ in salutem sempiternam, & eorum regenerationem uel ædificationem, qui per eum siue consecrãtur siue euangelizãtur. Si autem fictus est, quoniam uerißimè scriptum est, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, deest quidẽ saluti eius, ut auferat se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, ministerium tamen eius non deserit, quo per eam salutem operatur aliorum, hæc ille.* De *hac materia uide* Theophylactum *in cap.* Lu. 19. & Augustinũ *in omnibus libris contra* Donatistas. Et D. Chry. Ho. 8. in 1. Corint. 3. &c. *ergo promißio facta hic Apostolis*

Abusus nõ tollit institutionẽ.

lis non ad Hußitas & dibaphos: sed ad pastores ecclesiæ legitimos pertinet. At ganniūt, Quidē anne Spiritus sanctus operatur per tam impios prothomystas Christicidas, Hipparchos? Ego nullius impietati suffragium ferā & patrocinabor, nec mea ipsa delicta excusare conabor: sed hoc plenis buccis intono: si Spiritus sanctus, qui digitus Dei est, Luc. 11. non nisi per bonos ministros operatur, in maximo discrimine certè uersatur ecclesia. Si enim septiformis ille gratiæ spiritus per solos bonos operatur, ergo soli boni prædicant, nullus apostata: soli boni Eucharistiam, & alia ecclesiæ sacramenta administrant: certè qui hoc olim in ecclesia approbarunt, cum Donatistis anathemate percußi sunt. Euangelion prædicauit haud dubiè sine detrimento catholicorum, miser ille & nulli miserabilis, trifur Iudas & magistri sui proditor. Et qui tincti sunt à Iuda nō minus baptizati sunt, quàm quos baptizauit Cephas: in hoc tamen differunt, quòd ministerium ipsum, Iudæ in perniciem: Petro uerò ad fœlicitatem cesserit. Eapropter non est existimandum, à spiritu ueritatis derelictum gregem 1500 annos fuisse, (ubi enim ecclesia, ibi & Spiritus Dei, & ubi spiritus Dei, ibi & ecclesia, & omnis gratia; spiritus

Esai. 11.

Hiero. in Mat. ca. 6.

Irenęus li. 3. ca. 40.

autem

*autem ueritas) ac nūc primum funesti cuiusdam impudentißimis, flagitiosißimisq; scriptis, spiritum illum elicitum nos reuisere uoluisse.* Eum e*nim benignißimum & mitißimum* IESVM,

Incredibile est Christum tam diu Eccles. in errore dereliqsse.

*Nympham suam tot seculis dereliquisse, nullus est, nisi malo impiorum morbo infectus, qui non credat.* Breuiter: *Eradicabitur certè & magnū fragorem suis horis faciet omnis abusus, pater enim non plantauit:* Rur*sus autem plantatio Christi, & huius pollicitatio* Eccle*siæ facta, semper uigebit, & in æternum efflorescet.* Non po*terit petri dos nauicula submergi:* Nihil *efficient aduersus eam fluctus, acto.* 14. Nihil *tempestates opinionum,* Titum 3. 1. Cori. 11. *manet quod domino semel placuit, & quod dominus semel fecit.* ECCLESIA *uerò* VBI SIT, *inquit* Augu*stinus contra petiliani* Donati*stæ epistolā, cap.* 2. *quæstio certe inter nos uersatur, utrum apud nos, an apud illos (donatistas) quæ utiq; ut ex ipso nomine ostenderent, quia per totum est, secundum enim totum* καθολου *græcè dicitur.*

Ecclesia catholica.

*Hæc autem ecclesia corpus est, sicut dicit* Apo*stolus pro corpore eius, quæ est* Eccle*sia.* Vnde *utiq; manifestum est, eum qui non in membris Christi est, Christianam salutē habere non posse. Membra uerò Christi, per unitatis charitatem*

*sibi*

*ſibi copulantur, et per eandẽ capiti ſuo cohærẽt, quod eſt Chriſtus* IESVS, *hæc ille. Catholicum autẽ eſſe, eſt ueritatem ſenſus cõmunis tenere. Apertius: ille uerè & germanæ catholicus eſt, qui ueritatem* Dei, *qui eccleſiã, qui Chriſti corpus diligit, qui diuinæ religioni, qui catholicæ fidei nihil præponit: non hominis cuiuſpiam authoritatem, non amorem, nõ ingenium, non eloquentiam, non philoſophiam, &c. ſed cuncta hæc deſpiciẽs, in fide fixus ac ſtabilis permanẽs quicquid uniuerſaliter antiquitus eccleſiam* Catholi*cam tenuiſſe cognouerit, id ſolum ſibi tenendum credendumq́ue decernit, hæc parergôs.* Lactantius *lib. 4. cap. 30. de eccleſia ſic loquitur. Sed tamen, inquit, quia ſinguli cœtus hæreticorum ſe potiſſimum Chriſtianos & ſuam eſſe eccleſiã catholicam putant, ſciẽdum eſt illam eſſe ueram in qua eſt religio, confeſſio, & pœnitentia: quæ peccata & uulnera, quibus eſt ſubiecta imbecillitas carnis, ſalubriter curat, hactenus Lactantius. Magna ergo inſania eſt Chriſto* Neonym*pho & huius ſponſæ, eccleſiæ, nõ credere, (aſſumetur illa, relinquetur ſynagoga, Ambroſius de Cain & Abel, lib. 1. cap. 8.) cuius ueritatem ſanguis martyrum clamat, Apoſtolicæ reſonant uoces, prodigia probãt, ratio cõfirmat, mundus*

Catholicũ eſſe quid ſit. Et uerè catholicus quis.

Vbi uera eccleſia.

Inſania eccleſiæ non credere.

*testatur, elementa loquuntur, dæmones confitentur. Sed longè altior mægera seu insania de huius ueritate addubitare, maxima uerò & extremæ dementiæ est, ibi nos nolle collaborare ubi à labore itur ad mercedem, quàm ubi à labore itur ad supplicium.*

## ECCLESIA MONSTROsa, distracta & diuisa est in uerbo.

DE ANTIchristi uerò mabbela seu synagoga (quæ & Iudæorũ & priscorũ, tum nouißimorum eorũ, qui Christum et huius sponsam persequuntur corona est) loquitur dominus, Psal. 25. Odiui ecclesiã malignantiũ, & cũ impijs non sedebo, &c. At obijcitur: prædixit

Obiectio. Christus suis Apostolis, dicens: Multi dicent uobis; ecce hic est Christus, ecce illic est, magna erũt dißidia dogmatum, & quælibet pars gloriabitur se habere ecclesiã. Quid tali tempore faciendum erit? quis poterit iudicare quæ pars adhæreat ecclesiæ Dei? nam alteram partem errare ratio efflagitat. SCIENDVM itaq; ueram

Quæ pars adhæreat Ecclesiæ dei. Euangelij doctrinam, & ueram sacramentorum administrationẽ, non esse nouã, sed peruetustam, perpetuoq; ab Apostolis et successoribus in eccle

sia

*sia usitatã. Igitur, qui probauerit se eandem habere doctrinam, & eadem sacramẽta, quæ habuit uetus ecclesia, ille uerißimè catholicus cẽsendus, & militiæ Christi adscriptus est, extra Antichristi Synagogam & ψευδοσύνοδον uiuit. Quod si dixerint aduersarij nostri, ut repetam, (lectio enim repetita tenacius hæret,) nos nõ habere ecclesiã, agè dicant nobis, ubi illi baptizati sint, et unde Euangelion acceperint: dicant item, ipsi ne à nobis, an nos ab illis desciuerimus? Quod si ista doctrina uestra, Hußitæ, & hæc ecclesia Christi est, necesse est primitiuam ecclesiam & Apostolicam doctrinam Christi non esse, nam ex Diametro dißident.*

## DIStortores scripturæ potißimum qui.

ECclesiæ uerò spurij quomodò distracti sint, testantur partium scripta, Deus enim eos cõfundit in sua pertinacia. De incarnatiõe uerbi, an non crudeliter alter in alterum inuehitur? Legant pij Partium scripta, & iudicabunt, me certè hic nihil confinxisse. De paranympho ipso CHRISTO IESV, quid multi friuolè tradiderint, hoc est, quàm impiè

*scripta testantur, nisi prudēter à quodā sit scriptum, Christum, ut alium sanctum, non uidisse, nec audisse, nec sensisse semper omnia: & nisi piè scripserit collega huius, & uolatile ingenium, Christum in cruce desperasse. Confeßio fidei nostræ est, Christū descendisse ad inferos, quod una pars negat. An cognitio peccati Originis, leuicula res est? Certè in eo dissentiunt partes ab inuicem. Quomodo conueniant de Baptismo inter se partium commentarij testantur. De Eucharistia notius est quàm illi ipsi uelint, utrisq; discordant dibaphi.*

## Verba Zuinglianorum contra Lutherum.

*PRophetæ (inquiūt) et Apostoli, Dei gloriæ, non priuato honori, non suæ pertinaciæ & superbiæ studebāt, sed & peccatorum salutem quærebant unicè: Adeò, ut, licet acrius nonnūquàm uerbis inueherentur, in ipsa tamē acrimonia, paterni spiritus ingeniū elucesceret. Lutherus sua quærit, pertinax est, insolentia nimia effertur, & confestim sathanæ tradit, quotquot illius sententiæ non illico subscribere uelint. Et in omnibus correptionibus suis, plurimū maligni spiri-*

*ſpiritus, quàm minimum uerò amici & paterni ingenij deprehēditur. Et paulò poſt: Magna enim & plus ſatis magna eorum cōcionatorum eſt copia, qui ex Lutheri libris, lædorijs & mordacibus, ingentem maledictorum uim colligētes, eandem illam poſtea in publico ſuggeſtu, in miſerum domini gregem exonerant, &c.*

*Antea negarūt iuſtificare ſacramenta, nūc uerò affirmant, Antea ſcripſerūt quidā, non licere Chriſtianis forēſes ſectari lites, nūc reducto calculo affirmant licere, extant libri eorum.*

*Antea ſcripſerunt, Euchariſtiam non debere in promiſcuā turbam temerè communicari, Papæ more, nunc ipſi omnibus ex æquo dant.*

*Antea ſcripſerunt, nō eſſe nephas, ſi is ab Euchariſtia abſtineat, qui non ſatis de ea inſtructus ſit in iſta cōtrouerſia. At nunc ſcribunt tyranniciſſimè, eum neq; hominem, neq; Chriſtianū eſſe, ſed diabolum, qui pedem ſubtrahit.*

*Antea ſcripſerunt, liberam eſſe acceſſionem ad ſacra, nunc faciunt legem.*

*Antea dicebant, neminem ſoluere poſſe, niſi habētem ſpiritum ſanctum: Nunc huius dicti nulla ratio, & quilibet Iouinianiſta, Giezita, Demas abſoluit, &c.*

*Quid mouerit Andreas Oſiander, anno 1551.* Oſiādriſtę

*ſtantur noui theologiſtæ ſcripta, ( ſcripſit inter alia Oſiander, Lutherum & Melanchthonem cõfeciſſe theologiam quandam Ariſtotelicam, carnē potius quàm ſpiritum redolentem ) quem impugnat* Lutherus: Finxit Lutherus *præcentor & magiſter ſui uerbi, ſolam fidem iuſtificare*: Oſian*der uerò contra* Lutherum, *homini non fidē, ſed iuſtitiā* Chriſti, *quæ in nobis, ſufficientē eſſe contendit: in* Chriſti *ſanguine atq; morte non conſiſtere iuſtitiam fidei, qua redempti ſumus, ebuccinat, &c.* Quale *nouū dogma publicarit* Seruetus *in ſanctam* Trinitatem, Allobroges *norūt.* Vuic*clefus*, Hußita, & Lutherus Berengarij *errorem reſuſcitarunt, ſed non ex integro.* Oecolāpadius *uerò, aliâs* Huſſchin, *cōtra illos, reſuſcitauit uniuerſum.* Oecolampadius, *anno 1524. mēſe* Iulio, *indignabatur ſanguinem* Chriſti *denegatum fidelibus in Synaxi:* Et *anno nondū euoluto, ipſe cū cōplicibus conſectaneis denegat fidelibus & corpus & ſanguinem* Chriſti. Sic Carolſtadius & Zuinglius, *in* Pronominbus HIC & HOC *diuiſi ſunt:* Carolſtadius *uerba* Chriſti *ſic interpretatur.* Hoc *eſt corpus meū, id eſt, hic ſedet corpus meū.* Zuinger *uerò ſic.* Hoc *eſt corpus meū, id eſt, hoc ſignificat corpus meū: tā* Albis *non diſtat à* Tiberi, *atq; hæc interpretatio à uérita-*

Nota.

te.

te. Oecolãpadius uerò sic: Hoc est corpus meum: interpretatur, hoc est corporis mei signũ, sic Akobitæ Albicolæ ex suo affectu omnia interpretãtur, &c. Quomodo anno 1526. Zuinglius τραυλὸς, uocatus à septẽ pagis Heluetiorũ ad publicũ cõgressum, pedem subtraxerit, cæteros cachinno excipiẽs, ac si solus esset αὐτοδίδακτους καὶ ἱεροποιὸς, apologia & frigida ipsius excusatio indicat. Sic Bugẽhagius in epistola ad Vratislauiensis ecclesiæ pastorem, ridet magnũ illũ theologũ (Zuingliũ) cũ suo Carolstadio. Eũdem Ionã unde scripsisse super Lucã, Bullingerus clamitat. Sic Heibmannus anomalũ opponit Luthero. Sic Lutherus toties omnes in unũ prouocans, ab uno COCHLAEO liberaliter prouocatus, in suorũ cõspectu, cõgredi recusauit. Sacramẽtũ Cõfirmatiõis, Caluinus reputat inter maximè exitiales Sathanæ præstigias, aitq; sacrilegiũ esse execrandis blasphemijs refertum: quod tamen Luther multò mitius taxauit, sic enim ait Lutherus saxo cucullatus: Quare satis est, pro ritu quodã ecclesiastico seu cæremonia sacramentali cõfirmationem habere, similẽ cæteris cæremonijs cõsecrãdæ aquæ aliarũq; rerum. Nã si omnis alia creatura sanctificatur per uerbũ et oratiõem, cur nõ multò magis hominẽ liceat sanctificari eisdẽ? hæc ille. Eadẽ

Luther de capti. Babylo.

 peruer=

*peruersitate negatur à rabulis purgatoriũ: quod tamẽ cerebricosus ille disputator Lutherus, concessit.* Ego credo, inquit, purgatoriũ *esse, & cõ-*
Articulo 37. assert. *sulo suadeoq; credẽdũ, sed neminẽ uolo cogi, etc. Sic pios magistratus uocat schlauus* Matthias Illyricus Magdẽburgẽsis *ecclesiastes, ironicôs:* Adiaphoristas: *interimistas.* Hodie *sunt qui infernũ negãt,* Græcis *infernum uocatur* ᾅδης, Hebræis
Digresſio schol, *& quando illa uocula hebraica & sepulchrũ et infernũ significat, sepulchrũ esse garriũt nostris temporibus quidam* ἄθεοι. *Sic & latinis cœlũ dicitur aër: non sequitur tamen, præter aërem nullum esse cœlum.* Hodie *quidã blaterãt, sacramenta propter solam fidem nutriẽdam instituta fuisse.* Hodie *quidã garriunt in tribus sacramentis,* Baptismo *scilicet,* Cõfirmatione *et ordi-*
Character. *ne, non imprimi characterẽ (character in anima, est signum quoddã spirituale & indelebile) in anima.* Hodie *quidam* Baptismum Ioãnis *eandẽ uim cum* Baptismo CHRIsti *habuisse futiliter ganniunt.* Hodie *quidã dogmatizant, aquam naturalem nõ esse de necessitate baptismi, atq; ideo uerba illa domini* IESV CHRISTI, Ioã. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, ad metaphoram aliquam detorquent.* Hodie *multi blaterant iniurios esse spirituisancto eos, qui*

*sacro*

*sacro confirmationis Chrismati uirtutem ali-quam tribuunt, &c. Sic & de multis alijs mate-rijs friuolè obijciunt nostrates Saducæi recenti-ores: Negabant hi Liberum arbitrium, negant & hoc Acutuli nostrates. Sadducæi negabant carnis resurrectionem, act. 23. Matth. 22. Luc. 20. Marc. 4. Nostrates negant meritum, cuius causa resurgere habemus. Cum Pharisæis & pla tonicis somniant resurrectionem, &c. et quid est superbius quàm sibi omnem sensum scri-pturarum arrogare? Non credo maiorem arro-gantiam, à condito mundo auditam, quàm ea est, qua nostrates etiam ipsos beatos omnium retrò temporum, ad unum ferè omnes, ignauiæ & errorum insimulant. Sed nimium esset singu-la ad uiuum resecare, ad institutum. VBI igi-tur claritas illa S. literarum, de qua supercilio-si Hußitæ tam gloriosè scribunt? Vbi spiritus? Qualem huius Ecclesiæ sponsum esse credis? Certè illis ambitiosulorum exoticis opinioni-bus, litium & rixarum seminarijs, nunquàm ædificabitur Synagoga illa, (Lya lippientibus oculis fætosæ synagogæ formam monstrat, in-quit Ambrosius lib. 3. de uirginibus) semper erit misera plebecula in Chenoboscio, Cheno-trophio & Nessotrophcio. Scismaticorum ergo*

Sadducæi quid confirmarint.

*conuenticula non minus auersanda sunt, quàm inferni præsens faux & chasma, sicuti fœda & tabifica leprodochia seu nosocomia, &c.* Hæc *autem non scribo* Lutheri *aut* Zuinglij *causa, (quos* Antesignanos *fuisse omnibus compertum est) quibus iam nihil hæc nostra prodesse poterunt, ut qui iamdudum apud iustißimum & districtum iudicem suorum hic commissorum rationem reddiderunt.* Non *ullo odio, ita mihi opto* Christum *in suo de me iudicio propitium fieri: sed tua causa* Christiane *lector, reliquum probè intelligis.*

Modestia authoris.

DE Nouis *autem Scismaticorum fabulis, monstruosa illa* Scylla*, loquitur* Epiphanius *contra hæreses, lib.* 1. Tomo. 1. *Termini nobis positi sunt, inquit, & fundamenta, & ædificatio fidei, &* Apostolorum *traditiones, & scripturæ sanctæ, & succeßiones doctrinæ, & undequaq; ueritas dei munita est.* Nemo *igitur decipiatur nouis fabulis: hæc ille.* Est *etiam, ne & hoc omittamus, differentia inter* Synagogam & Ecclesiam. Synagoga *est congregatio: Ecclesia uocatio, possunt quidem irrationabilia congregari, uocari nequaquam, inquit* Rabanus *super* Matthæum. Summa *synagoga nox est, dies ecclesia, unde &* Paulus *dicit,*

Differentia inter synagogam & Ecclesiam.

cit, Ro. 13. Nox præcessit, dies autẽ appropinquauit; Bona lux, quæ perfidiæ excussit caliginem, fidei diem fecit, inquit Ambrosius de Virgin. lib. 3. Verùm ut tandem pensum absoluam, ô theomachi, societatem inite, at inferiores eritis. Inite consilium & fiet irritum: loquimini sermonem (in uestris latibulis) sed non stabit, quoniam Immanu el nobiscum deus. Speculatores uestri, Thaboritæ zythobibuli, auari sunt, bona enim aliena diripiunt: superbi sunt, plus enim eruditionis & iudicij sibi tribuunt, quàm uniuersis Cõcilijs, sanctis patribus, & toti ecclesiæ catholicæ. Blasphemi sunt in Christum & suum Sacramentũ, in sanctos omnes ac imagines eorum. Inobedientes sunt, Pontificios enim ac Cæsareos iussus cachinnò excipiunt Democriti. Cæci sunt, non solùm superstitione, sed odio & rabie contra nos: inde execrationes illæ diræ uestræ in nos acerbißimæ, quæ sunt à bonis & pijs uiris multò alienißimæ, & ab ingenio Dei, quem uos existimatis solos uos colere &c. Semper fœnum habent in cornu. Canes muti oblatrare nõ possunt ueritatẽ, torpent, iacẽt, somno indulgent: horas Canonicas, preces Ecclesiasticas negligunt. Et canes uehementer auidi: & pastores ipsi zythobibuli nihil

Esai. 8. Esai. 56. Esai. 7.

*nihil uolũt intelligere, quia ipſimet nutant in fi de ſua, diuiſi ſunt, diſtracti ſunt: Quiſq; uiam ſu am ſpectat: Quiſq; à termino ſuo ad emolumen tum ſuum propenſus eſt, uenite aiunt, ſumamus uinum & impleamur ebrietate, & erit ſicut ho die ſic & cras, & multò amplius exite de illa ſo cietate, ô Chriſtifideles, ne de plagis eius accipi atis, Apocalypſcos 18. &c.*

Eſai. 56.

## SEPTEM ORDINES, MA *iores & Minores in Eccleſia, & quæ ſin gulorum munera.*

*VArios eſſe gradus in uinea Zebaoth ſc3 ec cleſia, probat Heſaias cap. 54. Ecce ego, inquit dominus, ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſaphyris & ponã Iaſpidẽ propugnacula tua, & portas tuas in lapi des ſculptos, & oẽs terminos tuos in lapides deſi derabiles, &c. Oſtẽdens eccleſiã multa bona habi turã munitiones, diuitias, (quæ ſunt Chriſti & fi liorũ eius uidelicet pauperũ) Artificia: ſapienti am, Pacem, iuſtitiã, manſuetudinem, deſtructionẽ hoſtium eius, & quàmplurimos Cathechumenos, ſternens per ordinem lapides, alios Prophetas, &c. 1. Cor. 12. Et Hiobus Vzita cap. 5. Cum la-*

Vide Irenæũ lib. 3. cap. 40.

*pidibus*

pidibus regionum erit pactum tuum, ad illos re-
uertar ad Hierusalem in misericordijs, & rea-
dificabitur domus mea, inquit dominus. Instituit
olim sanctus ille legislator, qui non semel in dei
colloquium admissus est, ministros: Numeri 4.
1. par. 25. 2. pa. 8. Instituit, imò auxit & Hym-
nidicus ille Psaltes, & ministrorum numerum,
& officia. Hos imitati sunt sacratißimi quiq;
imperatores. Iam uerò plures esse in hac domo,
in ECCLESIA, ordine & officio distinctos
ministros, uberrimè testantur sacræ literæ. Hi-
ob inquit, ca. 26. Spiritus eius ornauit cælos: ut
enim cælum sideribus: Ita ecclesiam ornauit
& præfulgidam reddidit ministris. Idem
Psalmographus corroborat, Psalm. 44.
Adstitit regina à dextris tuis in uestitu deau-
rato circundata uarietate. Proinde cum lex
umbra sit futurorum bonorum, lege autem Hebræo.
multi erant ministri sacrorum uasorum admi-
nistratores, operæ precium, ne ueritas obscu-
rior sit umbra, & nox luce ipsa, & in Euange-
lio quosdã esse officio, ordine, ac dignitate distin
ctos. Omnia enim, inquit fortis fidei agonista, 1. Cor. 14.
secundum ordinem, & honestè fiant in uobis. Et
Aggeus ca. 2. Magna erit gloria domus istius no
uißimæ, plusquàm primæ, dicit dominus exerci-
tuum.

tuũ, & Paulus Ro. 12. Nunc autem multa mem-bra, idem autem corpus, omnia autem mem-bra non eundem actum habent: et quosdam quidem dedit deus in ecclesia, primò Apostolos, secundò prophetas, tertiò doctores, deinde uir-tutes, exinde gratias curationũ, opitulationes, genera linguarum, &c. De hac re copiose Theo-phylactus in cap. Luc. 19. Tria, inquit, uide-mus in ecclesia esse: purgationem, illuminationẽ, & perfectionẽ. Tres enim operationes illas sor titi sunt ordines: Diaconi purgant, per instru-ctionem & doctrinam. Presbyteri illuminent per Baptismum: (de illis uide locos. 1. Timot. 4. 2. Ti. 1. Tit. 1.) Episcopi & sacerdotales or-dines constituãt, perficiant, ordinant. Vides or-dines cum operationibus, & neq; plures neq; pauciores ordines. Illis ergo seruis distribuit 10. mnas, hoc est, dona, quæ unicuiq; data sunt in u-tilitatem, hæc ille. Hieronymus ad Rusticum Mo nazontam, (secundum Epiphanium) inquit, Sin-guli ecclesiarum Episcopi, singuli Archipresby-teri, singuli Archidiaconi, & omnis ordo eccle-siasticus suis rectoribus nititur. Vide eundem Hierony. contra Ruffinum: Episcopus, inquit, & presbyter & omnis gradus ecclesiasticus ha-beat ordinem suum. Et idem D. Hierony. in epi-

Theophylactus.

taphio

taphio Nepotiani, inquit: Fit clericus, & per solitos gradus presbyter ordinatur &c. De initiandi delectu uide Apostolum ad Timotheum & Titum, & Cyprianum Epistol. 6. ad Magnum lib. 1. & Hier. in Esai. cap. 19. De gradibus Ecclesiasticis, Arnobius Psalm. 135.

Vocantur EPISCOPI, id est superintendentes, ab ἐπισκοπέω quod est considero, uel ἐπισκέπτομαι, quod est uisitare: illorum enim est superintendere, uigilare, gerere curam super eos, quibus præficiuntur. Dicuntur ANTISTITES, ut qui quantò cæteris antestant authoritate & dignitate, tantò etiam debent suis subiectis antestare uirtutibus & disciplinis: Antistes græcè prophetam significat: Paulus Hebræo. 13. illos egumenos, id est, duces antesignanos uocat. Vocantur etiam Episcopi, Hyperetæ, id est, apparitores. Alio nomine epitacteres, id est, præsides. Alio nomine pontifices, à posse & facio, ut Scæuola affirmat: ut autem Varroni placet, à ponte, &c. Videant ut sint rosæ: Cui multum datum est, multum quæretur ab eo. Bonũ ergo opus desiderat, qui Episcopatum ritè desiderat, Matthiæ is, & aliorum Apostolorum est collega. Qui fastum, luxum, inanem gloriam mundi (fucatæ meretricis) quærit,

Episcopi nomẽclatura.

Iudæ

Iudæ consors, domino deo pœnas dabit aliquando, Matth. 25. Dæmonium mutum (scribit D. Gerardus Lorichius Hadamarien.) est Episcopus indoctus, non docens, non exhortans non arguens, hæreticis os non obstruens, atq; reuincens, &c. Episcopos instituit Paulus, Act. 20. Phil. 1. Tit. 1. De episcoporum moribus, 2. Cor. 2. 1. Tim. 1. 2. 4. Timot. 12. 4. Titum 2. Acto. 20. Episcopatum an desiderare liceat, 1. Timoth. 3. &c. Qualiter debeant Episcopi ordinari, uide Canones cõcilij Carthagineñ. 4. cui interfuerunt 214. Episcopi. De officio episcoporum, quod est prædicare populo, curare infirmos: prospicere miseris: Item de prædicatoribus instituendis, uide canones concil. Lateraneñ. Can. 10. &c. De constituendi potestate, Titum 1. Episcopos humiles esse debere tota scriptura diuina testatur, unde ecclesiast. 3. Quanto maior es, tanto magis te humilia, & in conspectu domini inuenies gratiam. Et iterum, cap. 32. ducem te constituerunt ne eleueris, sed esto inter eos, quasi unus ex illis. Et Hieron. ad Nepotianum: Episcopi sacerdotes se esse nouerint, non dominos, &c. Desidiam Episcoporum reprehendit in decretis Damasus PP. de Infulis uide Ambros. Epistol. 5 9. Mitra autem bicornis

*nis noui pariter ac ueteris instrumenti scientiam designat. Duæ fimbriæ spiritus & litera. Chyrotecæ, purum manuum officium indicant. Pedum, populi uitia castigandi potestatem attribuit: debent enim Episcopi incolumitatem gregis sibi crediti præcipuè curare: Sanguinē eius requiram de manu tua, dicit dominus. Ezech. 3. Baculus est acutus in fine, rectus in medio, retortus in summo. Sic pontifex debet per eam pungere pigros, regere debiles, colligere uagos, &c. Annulus Christi & ecclesiæ copulationis, ut pignus & fidei sacramentum, habetur. Linea uestis summa, quæ niueo candore insignis uitam undiq; puram admonet, Pol. Breuiter: Nouem sunt ornamenta pontificum specialia, uidelicet caligæ, Sandalia, Succinctorium, tunica, Dalmatica, Mitra & Chirothecæ, annulus et Baculus. Quia munia nouem sunt in quibus specialis Episcoporum potestas consistit: uidelicet clericos ordinare, uirgines benedicere, pontifices cōsecrare, manus imponere, Basilicas dedicare, degradādos deponere, synodos celebrare, Chrisma conficere, uestes et uasa consecrare, &c. Vide Innocenti. 3. lib. de altaris mysterio 1. ca. 10.*

Nouē ornamenta specialia pontificum.

*SEquitur ordo presbyterorum, id est, seniorū: unde non propter decrepitā senectutē,*

*sed propter sapientiā sacerdotes presbyteri nominantur,* Vide 2. *Epist.* Anacleti *ad* Episcopos *Italiæ*. *De ordinatione horum* Actor. 6. 1. *Timot.* 3. *sint pudici, nō bilingues, clemens* Epi. 1. *Anacle.* Epist. 1. &c, *Dicti à sacris, sacrificant enim dant & docent: Ipsis datum encharistiæ synaxiosuè sacrum litare. Si plebeis hominibus orationis causa, inquit* Ambros. *super locum* 1. Tim. 3. &c. *ad tempus se abstinere præcipit* Paulus, *ut uacet orationi, quantomagis* Leuitis & *sacerdotibus, quos die noctuq; pro plebe sibi commissa oportet orare? Mundiores ergo debent esse cæteris, quia actores dei sunt, hactenus ille.* Septuaginta duos, Lu. 10. *designauit dominus. Qui præfigurarunt presbyteros, sicut Apostoli sancti* Episcopos, *inquit* Hieron. *ibidem. Sacerdotium uocat* Epiphanius Hagian Hierosynen, &c.

Sacerdotes actores dei.

3 DIACONI *sacrosancti ministerij ministratores, (dionys.* Areopagita, *in* Epist. *ad* Hieronem *diaconum) sequuntur. Quibus censura morum commissa est,* Verbum *dei ij gentibus prædicare debent, & in sacris ecclesiæ actibus sacerdoti deseruire: præuaricationes cum cleri tū laicorū* Episcopis *significare.* Hos *conuenit esse* μαρτυρούμενον, *id est, boni testimonij*

Diaconis quæ censura commissa.

E 3

*Et spectatæ probitatis. Constat diaconatus ordinem ab ipsis celebratum Apostolis (ut in Actis & libro praxeôn legitur.) Septem uiros plenos spiritu sancto, adhunc elegerunt gradum ministerij, & oratione præmissa manus eis imposuerunt, consecrationis eorundem formam tradentes & relinquentes posteris. Quocirca diaconus, corde purum, ore mundum, opere castum se studeat exhibere.* Euangelion *enim, puteus aquarum uiuentium, non fluit impetu, id est, liberè, nisi de libano, id est de corde casto, & ore candido. Non enim est speciosa laus in ore peccatoris, dicente domino, ecclesi. 15. Psal. 49. Quare tu enarras iustitias meas, & quare assumis testamētum meum per os tuum?* De diaconorum ordinatione, *1. Corinth. 4. 2. Corint. 3. 11: 2. Timoth. 4. Actor. 1. Protodiaconus fuit S. Stephanus:* Hunc uocat Damascenus taxiarchon, *id est, antesignanum: &* Athanasi. lib. 11. *contra Arria. primitias martyrum, hæc parergôs.* Diaconatum *prophanum ministerium facit Lutherus excucullatus cum incircunspecto* Cardi: *Caietano, &c, Pigh. lib. 2. cap. 4.*

Diaconis *adiumento dati sunt ministri qui apud hebræos* Nathinnei *appellantur dati uel donati, Esdræ 2. nunc.* SVBDIA-

CONI, quòd Diaconis subsint. Horum munus oblationes percipere, calicem, patinamq; attrectare, & ad sacrificiũ deferre.

Delegit & alios nonnullos ordines Ecclesia. ACOLYTOS, id est, Ceroferarios seu sequentes, sequebantur semper Episcopum, unde & nomen habent: Nam acoluthos græce, sequentem latine sonat: Candelabra, luminaria, urceolos ad aram disponebant, atq; portabant.

OSTIARIOS, hos uocat Ignatius in Epist. 12. ad Antiochenses, custodes sanctarum portarum (ianitores epiphanio sunt thyrori.) Horum munus est ostijs basilicarum adstare, indignos aspectu & communione sacramentorũ, è templorum foribus excludere, uide Ambros. Epist. 33. lib. 9. Auba: lib. 2. cap. 12. &c.

LECTORES, horum munus est lectione seu recitatione scripturarum populum in ecclesia instituere, fidem sanctis uocibus pascere. Vide Tertullia. in Apologetico cap. 39. de disciplina Christiana. Hos uocat Epiphanius Anagnostas.

ἐξορκίζω, adiuro. ἐξορκιστής, adiurator.

EXORZISATORES, (hos Epiphanius exorcistas, latine eiuratores uocat) Energumænis manus imponebant, & solennibus coniurationibus inquietos in ecclesia compescebant,

*bant, uide Ambros. in capite 4. ad ephes, &c.*

*Nemo ergo se Christo dignum putet seruum citra operam. Operæ exemplum habet Episcopus in Apostolo & eius discipulis Timotheo & Tito: Sacerdotes in sacerdotum exemplo, acto. 14. 1. Tim. 5. Diaconus in diaconorum Act. 6. 7. &c. Viderit quisq; ut suæ respondeat uocationi: Si cum seculo gaudemus, uerendum est ne cum seculo & lugeamus, de idololatria, & seculo postea lugente gaudebimus. Sic Eleazar alias Lazarus, apud inferos in sinu Abrahæ refrigerium consecutus, contrà diues in tormentis ignis constitutus, hæc Tertul. Doceant igitur inquàm, non in friuola garrulitate, sed in doctrina, secùs facientes condemnabuntur. Nec hoc interim reticendum, ordines conferre cum signo sensibili gratiam, scripturæ loci sunt testes ueracißimi, Math. 10. Marc. 6. Luc. 10. Luc. 22. Ioan. 20. Acto. 13. Titum 1. 1. Timot. 5. 2. Timot. 4. Phil. 2. 1. Thes. 5. Heb. 5. 1. Pet. 5. Act. 20. Act. 6. Phil. 1. 1. Tim. 3. &c.*

*Ignatius sancti Ioannis discipulus ad Trallianos, extollit dignitatem prothomijstarum, scilicet Episcoporum, præsbyterorum: Et diaconorum. Et ad Antiocenses inquit. Saluto sancto presbyterum uestrum, saluto sanctos*

 diaco=

*diaconos. saluto subdiaconos,* Lectores, Canto*res:* Hostiarios. *Laborantes:* Exorcistas, *atq; confessores, &c.* Cyprianus *lib.* 1. Epist. 3. *ab initio meminit* Acolythi. *Gradum cathedræ sacerdotalis meminit* D. Cyprian. *lib.* 2. Episto. 5. *Et* Ambros. *in* 1. Timot. 3.

*Habent & puri spiritus in suis choris ordinem, ut apertißime gentium doctor ad* Ephes. 4 *alijsq; locis manifestat.* Etiam *longe decātati superstitiosi & miseri gentiles suos flamines.* Archiflamines: *& protoflamines habuerunt. At nunc, eheu, barbatos apertißimis calceis ad aras stare decorum est, sæculo isto iudice. Coronula uerò tonsa & terete pileolo cum calari ueste,* ἀχήματον: Hodie *certè multi insinuant fidem & nullam habent:* Ministros *creant & non sunt.* Promittunt *libertatem ipsi corruptionis serui.* Qui *iusiurandum uiolat, fidem uiolat, inquit* Cicero, Chore *cum*

Nume. 16. *suis, nihil interesse inter sacerdotes & leuitas præsumens, deo iudice, hiatu terræ absorptus est.* Et Osias *rex cū opus sacerdotale præsumeret, lepra percussus est: sed ad institutum.* Nunc *inquàm qui forsitan sacerdotio dignißimi, fiunt ciues, & contra alij seplasiarij fiunt sacerdotes,*

*dotes, qui uix suibus pascendis idonei sunt: & nisi uigilauerit magistratus semper in ecclesia sal erit infatuatum, & terra salsa. Mirum: execrantur nunc Angelici, ut schematicè loquar, ceu toxicum ecclesiasticos gradus: At illorum bona temporalia, rapacissime in sua aluearia auehunt.*

## CHRISTIANÆ PLEBIS *gradus.*

H*Abet & reliqua plebs Christiana suos gradus, primus est audire uerbum:* Intel*ligere, secundus.* In *memoria retinere, tertius: corde credere uerbo est quartus:* V*erbo fidere, est quintus:* V*erbi præscripta fideliter re ipsa complere, sextus est & summus gradus.* Digressio.
N*on auditor legis, sed factor iustificatur inquit* Paulus *Roman. 2.* E*adem loci scripturæ confirmant, Matthe. 25. 1. Corinth. 4.* P*salm. 44.* E*zech. 33. Matth. 7.* E*t scitum est hoc* I*ustini martyris. Non in uerbis, sed in factis sita est nostra religio.* E*t Seneca facere docet philosophus, non dicere tantum, philoxenus erat Loth, Tobias, φιλόξενος, id est, hospitalis, Nazir καὶ λειτουργὸς Samuel, &c.* Fides per charitatē operatur. Id est, Nazareus & sacerdos.

 Audi-

Audiamus igitur tonantem buccis plenis fratrē domini: Iacob. 2. Vis scire ô homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est? Abraham pater noster, nonnè ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? uiden' fidem consummatam esse ex operibus? & Phinees, Numer. 25. pro opere quodam, quod ingenti zelo patrauit, audiuit. Ecce do ei pacem fœderis mei: & erit tam ipsi, quàm semini eius pactum sacerdotij sempiternum, quia zelatus est pro deo suo. Sic & Dynastes credidit quidem uerbo Christi, sed & obedientiam prestitit: Est enim fides, qui per charitatem operatur, donum dei quam omnibus adaugere solet deus liberalissimus. Similiter & Raab meretrix nonnè ex operibus iustificata est suscipiens exploratores? Fatuis uirginibus, inquit D. Chrisostom. in 6. cap. zach. non infidelitatis, aut peruersæ fidei crimen munitur, sed olei tantum defectus. quia scilicet misericordiam non exercuerant, neq; eleemosynas fecerant. &c. De fidelium operibus, uide eundem Chrysostomum Homil. 7. in Hebre. cap. 4. Nazianze. Oratione 26. Ambros. in 2. Corinthior. 3. & in 1. Corinthior. 7. Augusti. contra Iulianum pelagianum li. 6. ca. 117.

Vide deutero. 13. 1. Ioan. 3.

Iosue. 2.

Fides

Fides impetrat, quod lex imperat. Et eũdem Augusti. Psal. 91. Gregorium lib. 6. epistolarum ca. 179. Damascenum lib. 4. ca. 10. Basilium in Psa. 114. Augusti. Epistola 157. Eundem in præfa. Psal. 31. & in Psal. 52. Hilarium in Psal. 2. & in Psal. 51. &c. Sicut ergo corpus sine spiritu cadauer & truncus est: ita & fides sine operibus cadauerosa, et effigies in speculo euanida: Sciẽdum autem merita nostra esse dona Christi, palmes enim non fert fructum à semetipso, nisi manserit iu uite, hæc parergôs.

## CONVENTIONES IN ecclesia.

SI ecclesiam non audierit, inquit Agonotheta siue Choregus Christus, Matth. 18. sit tibi sicut Ethnicus et publicanus. Vnde S. Gregorius: Vbi sunt, inquit, qui Ecclesiæ cõuentũ præsumunt contemnere, & uenerandæ congregationis preces solitarias anteferre? Si duobus uel tribus simul positis, IESVS medium se promisit, quid non dabit plurimis? Legimus Moysen Exo. 18. Deutero. 17. & 18. Seruum domini, uoluisse synagogam populi esse iudicium: etiam eidem sacerdotes præfecit, qui nõ tantum de lege, sed etiã

*de caussis prophanis cognoscerent, peiorene loco erit ecclesia? Sic, inquit Sozomenes, Valentinianus imperator dixit. Mihi quidem cum unus de populo sim fas non est talia perscrutari, (de hæreticorum dogma loquitur) uerùm sacerdotes: Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius,* Malac. 2. Ephe. 4. *Quibus dixit Valentinianus, hæc cura est, apud semetipsos congregentur, ubi uoluerint, etc.* Grauis *enim est ueterum authoritas, inquit* Hilarius *de synodis contra Arrianos.* Et Irenæus *lib. 4. cap. 45. ait. Vbi chrismata dòmini posita sunt, ibi discere oportet ueritatem, apud quos, est ea, ab Apostolis successio, & id quod est sanum & irreprobabile sermonis constat, hæc ille.* Quemadmodum *ergo apiculæ, leuibus pennis arborum & herbarum floribus insident, latentemq́; in flosculis liquorculum, innocua deprædatione auehunt, ut tandem dulcissimos mellis fauos, nido confectos hominibus præstent.* Ita *& ecclesiæ catholicæ doctores super amœna, uernantiaq́; scripturarum uiridaria, leui mentis ala residentes, insitæ literæ, succum spiritus sancti haurientes, soliciti sunt, ut dulcissimum mel fidei, auditorum Cordibus placide instillent. Concilio Gangrensi*

Sedulius Tripar. hist. lib. 7. cap. 12.

*sic*

*sic decretum legimus: si quis docet domum Dei contemptibilem esse, & conuentus qui in ea celebrantur, Anathema sit. Item: Si quis extra ecclesiam seorsum conuentus celebrat, & despiciens ecclesiam, ea quæ sunt ecclesiæ uoluerit usurpare non conueniente presbytero iuxta decretum Episcopi, Anathema sit, &c. Non destruent ecclesiam, qui ædificauerũt eam. Non seducent ecclesiam, qui pro ecclesia animas suas posuerunt.*

Docet pater p prophetas: Filius per apostolos: Spiritus sanctus per apostolicos.

## Tria genera conciliorum ecclesiasticorum enumerat Albertus Pighius lib. 6. cap. 2.

VNIVERSALE & *Oecumenicum, οἰκουμένην enim orbem terrarum appellant Græci, ubi totius ecclesiæ negotium uentilatur, ex omnibus totius orbis prouincijs conuocatis Orthodoxis Episcopis. Sic Nicænum 1. extitit, authore Constantino imperat.*

PROVINCIALE, *& ipsum quale sit, æquè indicat eius nominis ratio, nempè in quo sub uno metropolitano unius tantum prouinciæ*

Episcopi conuenientes, eiusdem, consulunt prospiciuntq; negotijs.

MEDij uero generis concilia sunt, in quibus causa quidem quæ tractatur uniuersalis est, hoc est, fidem aut ecclesiasticam obseruationem concernens: sed conuocatio aut congregatio nequaquàm. Cuius generis sunt ueré uniuersa, quæ ante Nicænum celebrata reperiuntur concilia, in illa primitiua ecclesia, & inprimis illud omnium primum Hierosolymis habitum. Quod uniuersale dici nõ potuit, ut in quo ex 12. tres tantum interfuisse legantur Apostoli, Petrus, Iacobus & Ioannes, &c.

Idcirco autem inchoantur concilia Oecumenica: ut lapsa morum disciplina, & pené collapsa ecclesia erigatur, & instauratur: & uetus populus post diuturnam captiuitatem apud externos reges redeat Hierosolymam ad instaurandum templum.

Qui ergo sic legitime congregantur, dominus alloquitur Deutero. cap. 20. uos, dixit Moyses, hodie contra inimicos uestros pugnam committitis, non pertimescat cor uestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos, (scismatarchas) quia dominus Deus uester IN MEDIO VESTRI EST & pro uobis contra aduer-

Deus in medio ecclesiæ.

*sarios (Hæretistas) dimicabit, ut eruat uos de periculo, &c. Talis legitimus consessus dicit cum Psalmographo, Psal. 26. Non sedi cum hominibus uanis, & ad fucatos nõ ingredior. Cœtũ malorum odi, & cum impijs (hæresiotis) nõ sedebo. Lauabo in innocentia manus meas & circundabo altare tuum domine, ut edam uocem laudis, (sponso meo) & enarrem omnia mirabilia tua, &c. uide quãtò præniteat fides ecclesiæ fidei synagogæ, & ueritas, atq; res ipsa ab Enigmate discrepet?*

*Tria expectãtur à generali consessu.*
*1. Hæresum extirpatio.*
*2. Disciplinæ Ecclesiasticæ, & morum reformatio.*
*3. Pax totius ecclesiæ.*

*Pereant itaq; qui audent tam salubrem et necessariam Aposto. traditionem spernere & sacrilega lingua sacratiss. concilijs quæ nobis fidei mysteria tradiderunt contradicere & detrahere. Hinc etiam apparet quàm pestifera illorum nostris temporibus sit Archisecta, qui usq; adeò sibi placent sua φιλαυτία. ut suũ iudiciũ in interpretandis literis uniuersali ecclesiæ præferãt. Miramur: Cur non & concilium illud per Apo*

stolos

*stolos & ecclesiam, acto.15. celebratum errasse dicunt, aut D. Paulum dementiæ simul & impietatis arguunt? Quàm iniurius contumeliosusq; & blasphemus in sacra concilia fuerit Zythobibulus, nouerunt sanè omnes, qui excucullati insanias, in Babylone, in abroganda Missa, in uisione Danielis, (in septicipite cap.34.) legerũt. Sic anno domini 1521. cum personaliter uocatus Vuormatiam seu Borbetomagum, Lutherus saxo cucullatus nigellus, in cæsareæ Maiestatis aliorumq; imperij principum ac procerum conspectum, clementer admonitus fuisset, ut futuri concilij determinationi causam suam submitteret, pertinacißime recusauit, sicut ipsemet iactitauit in suis actis. Sic in sermone 11. super illud Christi, Attendite à falsis prophetis, Matth.7. nititur funditus, radicitus stirpitusq; Papatum & omnia concilia subuertere, Eadem corroborauit ipse articulo 39. assertionum, his uerbis: Via nobis facta est eneruandi authoritatem conciliorum & libere contradicendi eorum gestis, & iudicandi eorum decreta, & confidenter confitendi quicquid uerum uidetur, siue probatum, siue reprobatum fuerit à quocunque cõcilio, hæc ille. Verùm paulò post ultra uallum progressus, sese repreßit. At obijciunt nasutuli,*

*li, scripturam uolumus esse iudicem* Conciliorum: *& nos scripturam non recusamus, sed orthodoxam non peruersam requirimus,&c.* Mirum: *frangitur marmor, mollescit* Adamas *sanguine hircino, at zythobybulus ille perstitit inexorabilis, (sicut leæna raptis catulis, ita ille incanduit) non parcens nec saluti animæ, nec ætati, nec imperijs, (qui mentis est duræ, corruet in malum, prouerb. 28.)* Proh dolor, *quàm precioso munere mundum spoliasti? quàm citò placidam pacem, nec inopinantibus, orbi eripuisti? promisit olim* Caluinus, *&c. se uelle acquiescere* Cōcilio *generali sed mutato animo, contra acta cōcilij* Tridentini, *scurriliter, atrociter atque calumniose & scribit & prædicat*. Mirum inquàm, *concilia,* Constitutiones *patrum, &c. respuunt:* At *suas conuentiones omnibus obtrudunt.* De *concilijs plura uide actor. 15.* Gregor. Epistol. *23. lib. 1.* Eusch. *lib. 20. cap. 6.* Histo. Trip. *lib. 1. cap. 21. & lib. 2. cap. 5. & lib. 4. ca. 9. & lib. 7. cap. 12. lib. 2. cap. 7.* Leo. *in* Episto. *11.* Orige. Matth. *24.* Euseb. *lib. 7. cap. 22.* Irenæ. *lib. 4. cap. 43. & 45. & 61. de concilio generali latissime conscripsit sex libros,* D. Conradus Brun *iurisconsultus.*

Obiectionis confutatio.

Pietas. In Deum. In patriā. In parētes.

Vide Cochlæum.

## PRIMA ECCLESIA; ET *huius incrementa, Quando instituta: & in quot plagas mundi se extendat Christianismus.*

Ecclesia paruis initijs creuit.

Quæ sint ætates ecclesiæ catholicę, incrementa atq; progressus, indicat campensis lib. 1. ca. 1. ecc. hier.

Osee 11.

PRIMA ECCLESIA *corpus est unum, cuius plurima membra, inque membris iam augetur iā minuitur, iam enim multi, iam pauci Christicolæ sunt. Legimus ab ascēsione domini* Hierosolymis *120. fideliū fuisse, acto. 1. 2. 4. Eaq; prima ecclesia fuit:* Nemo *enim gentes ante saluatoris aduentum in* Dei *cognitionē uocauit, inquit Cyrillus in Gen. lib. 3. &c.* Deinde *aucta trium ac quinq; milium fuit, quos* Cephas *duobus sermonibus suis ad fidem Christi cōuertit: protinus pari ratione subinde aucta est, per eos, qui uerbum in Samaria receperunt, Lucas in libro praxeôn 8. 9. 10. per* Paulum, *Ananiam, Cornelium Romanum, &c. Et in omnem terram exiuit sonus eorum, Psal. 18. Mar. 16. Et in fines orbis terræ uerba eorum,* Breuiter. *Ex Aegypto translata est uinea solymâs, inde expullulauit in nationes, acto. 11. 14, &c.* HANC *igitur ecclesiām nos cum ueteribus matrem adpellamus, filioli enim eius sumus, nos antiquos seu polychronious habemus quos sequimur, quos*

non

*non puduit lauare stolas in sanguine agni.* Et me*cum sequuntur Christi fideles* Germaniæ:*regnorum* Hispaniæ, Galliæ, Angliæ, Hungariæ, Poloniæ, Neapolis, Italiæ, &c. *Quibus etiam se coniunxerunt ferè communi uoto, proximis annis & nostra ætate, qui* 35. *annum* Dei *nutu attigimus*, Indi Cinpualenses Tascaltecalenses: Temistitani: Aculuacenses: Tuxtebequenses (*olim Anthropophagi & humanæ carnis comestores*) Churultecalenses, &c. *item:* Ophira, de qua 3. Regum, Iucatana. Fernandina, Cuba prius dicta. Cozumella, Colluacana, &c. Canonorenses, Cambaienses, Guzeratenses, &c. item Canariarum Insulæ. America, quam uocant Atlanticam aut Brasilij: Tepeacenses, Matenira, Dominica, ubi Episcopum agit frater Garsias de Padilla: Quodoluppa, Mandasseret S. Christopho. S. Martha, S. Bartholo. S. Maria Della rotundo, S. Crux. S. Iohannes, Episcopum ibi agit Alphōsus Mansus: Dariennensibus præest Ioannes Cabedus Episcopus ibidem. In conceptione oppido fungitur officio pastorali Petrus Xuaretz Doctor: Cubensis hodie Episcopus, F. Bernardus de Mesa, nobilis Toletanus, &c. Item, Sciana, Iamica, Antillæ, Medera, insul. Hesperidū, hæ sunt regis Portugalliæ, Insul. Tortucarum, &c. Qui

Gentium uocatarū numerus infinitus.

*omnes indies ardenter Christum agnoscere docent, & suis in terris uiuificum Dei uerbum cum sanctorum patrum decretis & traditionibus, nõ sine admiratiõe uenerantur cũ gratiarum actiõe diuino impulsu puncti, predicare permittunt, et religionem Christianam complectuntur: sanè memoria nostra, quod dictu mirandum, cum Clemens 7.* Romanus *pontifex, &* Carolus V. Imperator Bononiam *negocij causa conuenissent,* PRETO IAN *seu* Belulgian *maximus* Abyssinorum *rex (cuius fines seu limites in 40. amplius regna distinguuntur,* Mediterraneam *enim* Africæ *partem tenet, hodiernum ipsorum idiomate* Atanadidinghel *uocant, nos* Claudiũ:) *cum* ABVMA, *qui his in terris patriarcham agit & cum suo purpureo senatu sedem patriarchalem habet in urbe* Barrara, *&c.* Anno *reparatæ salutis 1533. fidei suæ rationem & propẽsum animum erga occidentalem* S. Romanam *ecclesiam uniuersalem, quæ nunc radios claritatis suæ in* Orientales, Occidentales, Meridionales, Septentrionales *occiduas plagas mittere consueuit, per* Legatos *suos pontifici* Maximo & Carolo V. Augusto Cæsari Maximo, *exposuit mense* Februario: Qui & Clementi *7.* Romano *pontifici per* Petrum Alugren Indicæ


classis

classis præfectum, aureã crucem in signum perpetui fœderis transmisit. Taceo regem Muleaßẽ Tunetanum qui eandem spem certam ecclesiæ de se promisit, anno 1537 etc. Sic anno domini 1543 S. Roma. ecclesiæ obedientiam iurarunt, Cupensis: & Scianus, ambo reges in Moluccarum insulis. Eodem etiam anno Frãciscus Caberius Apostolicæ professionis homo, 10000. hominum uno mense in aurea Chersoneso (quæ gens olim dæmonum cultrix fuerat) catechizauit, ubi & Michaël Vasius Lusitanus homo Episcopum agit. Sic anno domini 1544. à prorege Lusitaniæ in Malacha aureæ Chersonesi emporio, præter felicem rerum externarũ successum supra quingenta hominum milia dedisse nomen Christo significatum est, publice signatis literis, &c. Innumeros populos transeo. Excutite ergo lachrymas pij, nolite desperare illis miseris temporibus, meliora nobis promittit ecclesia: Oportet esse scandala, hæreses, &c. sed uæ per quem scandala fiunt. Hæc autem omnia induratis (qui mentem suam supremam hominis speculam à Deo abalienarunt) in confusionem summa ueritas prædixit, alio loco dicens: Auferetur à uobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius; putasne Iudæis illã

Vide Ioã. Etrobiũ. Et Io. Christo Caluetum stellã Hiberum &c.

Deute. 32.

E 2 tan-

*tantùm dicta fuisse ? minime. Nam & Ethnicos quoque opus manuum suarum plastes agnoscit: Quapropter dicit, Habeo alias oues & illas adducam. Et Psalm. 17. populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Et Esai. 65. Ecce ego, ecce ego ad gentem quæ nesciebat me, & quæ non inuocabat nomen meum. Et ecclesia canit: Te per orbem terrarum sancta confitetur ecclesia. Apertius: prius uocati sunt Pharisæi, sed quando noluerunt (est enim peccatum uoluntatis) deuolutum est sceptrum Iuda, gratia uerbi & uirtus ad omnes gentes, Apocalyp. 7. Statim natus, Orientales reges sibi conciuit, Matth. 2. Idem etiam Romanorũ præsides & tetrarchas non repulit, Matth. 8. Actor. 10. Cananæos itidem recepit, Matth. 25. pastoris quoque uox est: Amen dico uobis, quòd multi uenient ab Oriente & occidente, & discumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cœlorum, Matth. 8. Lucas addit cap. 13. à Meridie, & septentrione. Huius meminit Diuus Augustinus contra Epistolam Parmeniani libr. 1. cap. 2. dicens. Sedenti in cathedra (ecclesiæ Romanæ) totus orbis Christianus in transmarinis, & longe remotis terris subiectus est, &c. De uocatione gen*

Ecclesiæ auctus nõ desinit.

*gentium mentionem facit*, Actuum Apostolorum liber cap. 6. item: Matth. 28. Romano. 3. Ephe. 3. Galat. 1. Colloss. 1. Acto. 9. 11. 13. 18. 28. 1. Pet. 4. Romano. 10. 15. &c. *Sic etiam se typus habet ecclesiæ*. Respice, *dixit dominus Abrahæ, stellas cœli*, Coh ÿj heie zarecha, *hoc est, sic erit semen tuum. Summa: Filiorum* Ecclesiæ *numerus arenam superat maris*, Romano. 4. Psalm. 138. Nos *ergo ecclesiam illam magnam diffusam non in unico & eo frigido orbis angulo, ô Zythobibuli* Hußitæ, *ubi nihil nisi crapula, atque adeo libido & cætera hoc genus uitia dominantur, querimus*. Non, *inquàm, apud unicam natiunculam linguæ inexpeditæ, inuestigamus: sed & homines* Latinos, *Græcos*, Indos. *Fortes Christifideles* Germanos, Orientales, Occidentales, Meridionales, *Septentrionales, tot Chiliades siue* Myriades *sanctorum triumphantium & militantium, merito uobis nugiuendulis præferimus*. Eant ergo nunc νομοθῆται, *& iactitent se habere multos fautores dogmatum, ingentes uires seu accessiones (habuit autem etiam immēsum sodalitium* Samaritanus, *Catilina*, Arrius) *& ultimum* Thule, *quid uerò* Thyle*: quantilli æstimanda ad ecclesiæ catholicæ collationem?* Sed

Ecclesiam esse per omnes gentes & linguas, uide August. in Epist. Ioã. Tracta. 1.

Thyle insularum

ultima, quæ circũ Britanniã iacent in oceano Orcadico. Nota. Zach.2. Catholica ueritas refulget in uniuersa ecclesia. Ecclesia domus ampla.

*Sed nolo ulterius fundere sermones, quid uelim, candide lector nosti: ualeant itaq; homines, Et cœlo & terræ inuisi: Cæterum non existimãdum est amplitudinem ecclesiæ ex copia populorum innumerabili, & ex terræ climatibus seu oris multis pendere, sed ex fidei, spei & charitatis synceritate & ardore, tot enim ecclesias seu accessiones tantis locorum & temporum interuallis sibi distantes, docuit hactenus unus* Spiritus *sanctus paracletus*, Nam *uniuersæ ecclesiæ consentiunt sibi:* Domus *certe ampla est ecclesia, omnium capax est, omnes peccatores uere pœnitentes recipit, de qua domo* Genes.28.2.Reg.7.3.Reg.8.Psalm.25.83.Esai.5.56.Agg.1.2.&c. *Cum interim tumultuaria ecclesia hypocritica sit, idea platonica,* Belua *tricorpor, chimæra, scylla latrãs, ex dentibus serpẽtinis nata, non diffusa sed in angulo, sed in multas partes distracta, ferro flammaq; omnia miscens, sanguine plena, defectuosa, diuisa, &c.*

## SION mons, ecclesię catholi. *habet significationem.*

ALlegoricôs SION har Kodes, *hoc est mons sanctus, ecclesiã significat.* Rursus

*sus illa eadem militãs ecclesia, Sion, id est, specula: Quia ab ea gloriam domini à longe speculamur, dicente Paulo 2. Cor: 3. Nos uerò omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à domini spiritu. 2. Quòd ab ea insultus hostium præuidere debeamus, testante Hesaia cap. 21. Super speculam domini ego sum stans totis noctibus scilicet in prosperitate & in aduersitate seu supremis miserijs: 3. Quia paranymphus, qui θεαντροπος, & δύναμις (hoc est potestas & uirtus altißimi) est, à longe ueniens ab ea speculatur: Et Baruch. 5. exurge Hierusalem & sta in excelso, & circunspice ad orientem.*

## ECCLESIA STELLA.

EST hæc eadem S. ecclesia asteriscus, unde Iohannes in Apocalypseos libro cap. 2. Hæc dicit, inquit, qui tenet. 7. stellas in dextera sua, id est, sanctam ecclesiam septiformis gratiæ dei prælucentem.

## ECCLESIA TERRIBILIS dæmonibus.

*Est terribilis ecclesia demonibus (satan hebræis dicitur Sched) propter terribilem insignitionem, dicente domino per Hesaiam cap. 22. figam uexillum in loco fideli. Et idem cap. 30. panebit Assur uirga percussus. Terribilis est etiam propter mirabilem conseruationem sacramentorum, & suauem iubilationem, unde Hierem. cap. 30. uocem terroris audiuimus, &c.*

Vide Hugonē Cardinalem.

## Ecclesiæ arma.

*Ecclesia autem non armis secularibus uincit aduersarias potestates, sed armis spiritualibus, (doctrina & oratione) quæ sunt fortia Deo ad destruendas munitiones & altitudinem nequitiæ spiritualis, inquit Ambrosius de uiduis, &c. Neque enim apud Ethnicos magni æstimatur, sanguine sibi laudem parare, unde ait poëta.*

*Nolo uirum, facili redimit qui sanguine uitā:*
*Hunc uolo laudari, qui sine morte potest.*

## Duo gladij in ecclesia.

Dicen=

DIcentibus Apostolis, Luc. 22. ecce duo gladij hic, non respondisset dominus, satis est, sed nimis est. Vterq; ergo ecclesiæ, & spiritualis scilicet gladius, & materialis. Sed is quidem pro ecclesia, ille uero & ab ecclesia exercendus est. Ille sacerdotis, is militis manus, sed sane ad nutum sacerdotis, & iussum imperatoris. Bernard. de conside. lib: 4. &c.

## ECCLESIÆ CATHOLI. typus est uinea.

DIcitur ecclesia nouelletum domini, nunquàm enim sterilescit, Malac. 3. Et psal. 79. dicit propheta regius: Vineā ex Aegypto transtulisti, & plantasti: radices & arbusta eius, & replesti terram, operuit montes umbra eius, & arbusta eius cedros dei, extendisti palmites eius usq; ad mare, & usq; ad flumē propagines eius. Et Esai. ca. 5. uinea factaest dilecto in cornu in loco uberi & macerie circūdedi et circūfodi uineā Soreth. Vinea illa dedit fructū suū in copia. Hāc subplātauit maschiah et Adonai hoc est, Christus domini, et eruore suo irrigauit & confirmauit. Vinea illa maxima copia fructuariorum palmitum spem pollicetur certam, quamuis

De uinea domini uí de Au. de uerbis do. ser. 59. &c.

*illis ferè nouissimis temporibus maligne successus hactenus responderit. Vinea illa, inquàm, domini hactenus indissolubilis permansit, solida, stabilitatis perpetuæ, authoritate fulcita est: Quam uniuersæ conditor creaturæ tanta complectitur charitate, ut nullus spiritus tempestatis neq; procella aduersus eam præualere possit. Vinea illa exoticis ampelis uiticulisq; non conseritur, nullum peregrinum seminarium aliundè in hoc nouelletum infertur; respuit peregrinas uites. Agricolæ nutu (γεόργος græce) per se huberes, pulchros, dulces, atq; perpetuos fructus profert: Illam elegit sponsus: Hanc omnigenis charismatibus fæcundauit: Hæc sterilis fit nunquam, &c. In hac uinea unanimi consensu prædicarunt Apostoli Christum gentibus: Hanc fortis fidei agonista ecclesiæ Christi primus antistes fideliter docuit: Quæ omnia ab Apostolis accepta illibate custodierunt pij adusq; sua tempora, id quod Irenæus Lugdunensis, Anno 185. sub Commodo, Seuero: atq; hunc secutus Augustinus, factum esse ingenue fatentur. De uinea domini Hierem. 2. 12. Matth. 10. Luc. 13. Marc. 12. &c. Sed qui sunt agricolæ quibus uineam locat dominus excolendam nisi sacerdotes? Ad gloriam*

*quidem, si diligenter uineam Dei, id est, populum eius tractauerint: ad periculum autem, si negligenter, inquit, D. Chrysosto: in Matth. homil. 40. &c.*

## ECCLESIA cœlum *Electorum.*

ELectorum cœlum ecclesia dicitur: Apocalyp. 8. & 12. Quod confirmat Gre. Moral. lib. 30. cap. 24. dicens. Cœlum ecclesia uocatur electorum, quæ ad æternam contemplationem sublimatur surgentesq; ab infimis cogitationum tumultus premit: atque intra se Deo quoddam silentium facit. Quod quidem silentium contemplationis, quia in hac uita non potest esse perfectum factum dimidia hora dicitur, &c. Eadem corroborat Diuus Augustinus, dicens. In ecclesia incarnationis Christi mysteria patefacta sunt, unde ostenditur ecclesia cœlum esse: hæc ille super locum Apocalyps. cap. 12. &c.

## Ecclesia ciuitas supra *montem.*

Sic

Sic ecclesia perpetuæ pacis fœdere per mediatorem Christum (qui nulla temporis diuturnitate mutatur, unde Malach. 3. Ani Adonai uelo sanithi, hoc est, ego dominus qui non mutor, permanet enim Psa. 106, He. 17. &c.) deo recōciliata, illuminata fide, & misericordia redemptoris sanata, Ciuitas est supra montem posita, quæ nequaq̄ potest abscondi, dicente Psalmographo Psalm. 86. gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei: promontorium Christus est, cuius ueritati, tanq̄ fundamento quod conuelli non potest, ecclesiæ fides innititur unde V. Beda. Ciuitas hæc in monte oliueti posita esse refertur, ut ecclesiam per gratiam sui conditoris saluandam esse designet, qui nos unctione spiritualium charismatum & scientiæ pietatisq; perpetua luce refouet, &c. Babylon autem ciuitas est Diaboli toto orbe terrarum diffusa: in qua omnis immunditia in hominibus malis per totum orbem commoratur, inquit D. Augustinus.

Eccle. ciuitas dei.

Babylon ciuitas Diaboli.

# ECCLESIA ARDENS rubus.

Hanc D. Hieronymus ardenti rubo & non comburenti comparat, in lib. de 24. mansi-

*mansionibus ad Fabiolam. De rubo exo. 3. deute. 33. Marc. 12. Luc. 6. 20. Act. 7. etc. inflammatur persecutionibus, sed loquente domino non perit.*

## ECCLESIA TVRRIS *fortißima.*

HEc *facit iudicium pupillo & uiduæ, amat peregrinum (pænitentem uere) & dat ei uictum atq; uestitum, deutero. 10.* Et *prouerb. 18. Turris fortißima, ad ipsam currunt pij & exaltantur.* Est *inq̃,* Arx, *quæ impugnari quidem potest, expugnari & deleri nunquam, geminæ enim gigas substantiæ turriger, inuigilat.*

## ECCLESIA SCAPHA *ueliuola petridos.*

NAuis *seu stlata ecclesia dicitur, que* Petri *est,* Luc. 6. *in qua Christus est.* Licet *in huius mundi pelago hæretistarum paßim turbinibus ita agitetur ut aliquoties penè uideatur obrui, est enim ad miserias & labores ab æterno prædestinata: (periclitata est arca in ca-* Ecclesia cimba.

*taclys-*

*taclysmo: & hodie pericitatur ecclesia in mundo) nunquàm tamen supprimetur, uexabitur quidem infestabitur per hæreticos: per scismaticos: per Turcas & iudeos: deniq; per caput omnium hypocritarum ANtichristum impugnabitur, sed non excindetur, Christus enim uerus Nauarchus & Limenarcha inuigilat, manebit inæternum, quia regnum Christi perpetuum est. Ecclesia uidetur, inquit Ambr. Hex. 4. cap. 2. Sicut luna deficere, sed nõ deficit, obumbrari potest, deficere non potest. In hac Cymba abest perfidia, fides adspirat: Huiusmodi prosumia & phasælus mysticæ ecclesia est. Et sicut in ecclesia triumphante deus regnat per gloriam, Sic in illa naui rostrata ecclesia militante, regnat per gratiam. Quæ omnes nauis species in se continet & repræsentat non absq; mysterio: omnes uere pænitentes recipit, omnibus spem salutis promittit neminem excludens: proris omnes inuitãs: Carpaso, hoc est, charitate omnibus tegumẽtũ prebens, charitas enim operit multitudinẽ peccatorũ. Remiges (quos Veneti gagliardosuocãt) sunt rectores: Remi, bona opera, &c. Sic energiticè & intẽse in hac naui orabat Dauid in spiritu, Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectã, &c. Fugiant igitur pij Christifi*

*deles*

*deles myoparones scismatarchas, Caccidiabolos piratas: Qui exoticis opinionibus mentes mortaliū, animas, per cæca & cænosa uada inēternū abyssum auehunt.* De huius stabilitate sanctus *Ambrosius lib. de solomone cap. 4. inquit: Infestatur fluctibus ecclesia sed nunquàm submergitur, &* Theophylactus *super locum* Luc. 21. *inquit, cælum & terra quo ad generationes cessabunt, & mutabuntur,* Fides *autem non deficiet. Apparet autem hoc loco, quòd ecclesiam omni creaturæ præferat.* Ecclesia *enim eius, et uerbū ac* Euangelion *nequaq̄ peribunt, hæc ille. Cum enim syrtes, scyllas, & charibdes colligit, ad portum tendit salutis, ratio est: quia Christus nauta, suâ casteria optima queq; huic reseruat,* Marc. 4. *Quomodo oporteat te in domo dei conuersari, scribit* Paulus 1. Timoth. 3. *ô quàm celebris lembus quem cæli cælorum capere non potuerunt.* Nauis *illa portauit, pudeat ergo poëtas de cymba* Deucalionis *& de rate* Argo*nautarum tempus consumere: cedat & arca nobemi,* Hanc *unicam sponsam electam, quæ est ecclesia dei uiui, columna ueritatis et firmamentum, elegit sibi dilectus sponsus* CHRISTVS IESVS: *Quā* Sybilla *erythræa* παντατροφον *id est, omnia pascentē uocauit, &c.* Nec *hoc reti*

Cymbula charonis fugienda.

Ecclesia stabilis.

Syrtes dictæ sunt ἀπὸ τȣ σύρω, id est, traho.

1. Tim. 3.

Sybilla dicta a σιος, qd lingua

*cendum*

Aeolica est deus, et εὐλὴ quod consilium.

cendum, ecclesiam constare ex Iudæis & gentibus, Luc. 5. Idipsum enim adumbrant 2. nauiculæ quæ petri sunt. In naui illa præcipua merx est uerbum dei, quod est panis uitæ, quod ære non uænit, Esai. 55. Matth. 10 prope est talis cibus omnibus Christi fidelibus, deutero. 30. Rom. 10.

2. nauiculæ unam ecclesiam faciunt.

Nec est quod existimes ecclesiam esse authorem, & caput uerbi, sed quod sensus VERBI sit uerus & genuinus penes ecclesiam cuius efficacem dispensationem illa habet: Verùm hæc prolixius, quam patitur præfixum tempus, &c.

Eccles. uerbi dei genuinum sensum hereditat.

Eccles. irreprehensiles.

Irreprehensibilis illa est, omne irreprehensibile defendens, & ut inquit Marcellinus PP. Epist. 2. Omne quod contra Euangelicæ, uel propheticæ, aut Apostolicæ doctrinæ constitutionem successorumúe eorum siue sanctorum patrum actum fuerit, non stabit, &c. De cuius dignitate etiam Hilarius lib. de trinitate 7. claruit anno 371. ait. Hoc ecclesiæ proprium est ut tum uincat, cum leditur: tum intelligatur, cũ arguitur: tum obtineat, cum deseritur: facilius enim celum exterminari potest ut cum D. Chrysosto: in Homelia pentecostes, loquar: quàm aliquid mali pati ecclesiam quo scilicet consumatur sed durabit usq; ad finem mundi Videtur. quidem in ecclesia lolium, zizania, &c. sed illa non impedire debent

Eccles. dignitas.

*debent aut fides aut charitas nostra, ut quoniam in ecclesia lolium esse cernimus, ipsi de ecclesia recedamus, sed nobis tantummodo laborandum, ut frumentum esse poßimus, ut cum cœperit frumentum dominicis horreis condi, fructum pro opere nostro & labore capiamus.* Matth. 25. Psal. 6. *Errant ergo fœde, ut iterum dicam, impanatores zythobibuli, qui solam fidem iustificare ganniunt.* Dicet, n. *non signatis: ite in ignem æternum.* Nudus *fui, & non me contexistis: uagus, & non me collegistis:* Hic *in proprio adipe frixæ libidines bullient, & inter sartagines flãmeas miserabilia corpora cremabunt, &c.* Nisi *enim euangelion factis expreßerimus, parum nobis proderit,* Mat. 5. 6. 7. Heb. 6. 10. *Scriptum enim* ſur me Ra, Va Aſe Tob. *hoc est, declina à malo, & fac bonũ.* Duas *tibi aures diuinitus dedit dominus una fidẽ altera charitatẽ amplectitur,* 1. Ioan. 4. *&c.* Breuiter: *iustitiam expectandam esse ex operibus bonis, approbant scripturæ loci,* Ioan. 4. Apoca. 1. 2. 3. E*sai.* 58. Facite *iustitiam inquit dominus.* Fides *sine operibus neminem saluat, ipsa enim est (non reproba fides) quæ per dilectionem operatur, inquit Augustinus contra* 2. Epist. pelag. ad Bonifa. li. 3. ca. 5. *uide eundem Aug. de spiritu & littera*

Iustitia ex opere bono æstimatur.

Psal. 36.

Absoluta fides nulla fides.

cap. 16. Et 18. *Iustus ex fide uiuit, & Christus iustificat impium, Quomodo autem iustificat impium nisi credentem, et confitentem? inquit* Aug*ust. in Psal.* 34. *Ille credit in Christum, ait idē* Aug. De *uerb. domini in* Euangel. Ioan. *Sermo* 61. *Qui & sperat in Christum, & diligit Christū. Nam si fidem sine spe habet, & sine dilectione, Christū esse credit (sicuti et dæmones Christum crediderunt) nō in Christū credit.* Et idem August. *præfa. in Psa.* 31. *inquit. Si fides sine dilectione fit sine opere erit, sed addatur opere fidei spes & dilectio. dilectio enim non uacat, hæc ille, &c.* Verùm *quando hoc argumenti genus non pertinet ad nostrum institutum ergo non immorabor amplius.*

Affectum sequitur effectus.

Nota.

## ECCLESIA MACROcheira consutilis.

A*Lio in loco inconsutilis exomis seu læna domini,* ECCLESIA *dicitur: pro qua seruanda Christus corpus exposuit morti, unde* August. *in lib. de hæresibus lamentatur dicens in persona Christi, caput meum spinis opposui, manus meas clauis obieci, lācea latus meū aperuit, tot nō dico iniurijs, sed asperitatibus laceratus sum, sanguinem meū fudi, animā meam posui ut mihi cōiungerē te, & tu diuidis me? &*

Nota.

paulò

paulò post: Erubescite tandem impij, tunicam hominis iam iudicati in cruce pendentis pilati Neopolemi non sunt ausi conscindere, & uos conamini charitatem hominis in cælo sedentis imò regnantis cum deo, diuidere: De mysterio autem quadripartitæ uestis loquitur idem S. August. tractatu. 11. in Ioannis Euangelion, dicens. Quadripartita uestis domini nostri IHESV CHRISTI, quadripartitam figurauit eius ecclesiam, toto scilicet qua, quatuor partibus constat, terrarum orbe diffusam, & omnibus eiusdem partibus æqualiter, id est, concorditer distributam, hæc ille. Numerum quaternarium pythagorici Tetractin appellant, perpetuum naturæ fontem, hæc parergôs. &c.

Mysteriū uestis quadripartitę

## ECCLESIA.
## GYNE PARTHENIAS,
### hoc est, mulier uirginitatis.

Ecclesiam esse uirginem & matrem immaculatam declarat Ambrosius lib. 1. de uirginib. dicens. Virgo est castitate, mater est prole: parturit itaq; nos uirgo non uiro plena sed spiritu, parit nos uirgo non cum dolore mem

De matre ecclesia toto orbe diffusa uide Aug. Epi. 39.

*brorum sed cum gaudijs angelorum: nutrit nos uirgo non corporis sed Apostoli, &c.* Et *Augustinus lib. de sancta uirgine, ca. 2.* Ecclesia *uirgo & mater est, inquit, cuius prolem alloquimur si mater non est?* Et Hier. *lib. 2. aduersus* Ioninianum, *sic ait.* Sponsa, *soror,* Mater, *& quecunq; alia putaueris uocabula unius ecclesiæ congregatio est, quæ nunquam est sine sponso fratre, filio, unam habet fidem, nec constupratur dogmatum uarietate, nec hæresibus scinditur, uirgo permanet, quocunq; uadit agnus sequitur illum: Sola nouit canticum Christi,* (Breuiter. *Hæresis scorto similis est, doctrina sana matri castæ.*) *Merito igitur mater, quia compatiens* Hier. 31. *Cuius nixus seu puerperium multiplex* : Fit e*nim aut per* Baptismum : *aut per pænitentiam: uel per uotum quæ ingreßio religionis est : & per ordinationem: per martyrium:* Q*uæ omnia nobis mystice sunt significata per sex filios* Liæ Et *quæ olim ante aduentum Christi sterilis erat. iam resecans uitia, postquam iustitia de cælo prospexit, fæcunda reddita est, Galat. 4. uide Ambrosium. libro. 2. de Abraham patriarcha cap. 10. Cypri. in 1. libro aduersus iudeos, &c. illa igitur mater naturali ad hoc adfectu instigante alũnos suos ad bene beateq; uiuendũ ducit*

Multiplex partus.

Ecclesia sterilis quomodo

*plerunq;*

plerumq; semper sua beneficia & merita, præmiaq; proponit, Et ut semel dicam: Filij ecclesiæ sunt omnes qui in ecclesiæ aluo sunt foti & inde nati. Habet enim illa uirtutem sacramentorum, & ueritatem efficacem uerbi: quod dicitur aluus ecclesiæ; recte ergo mater & matrix ecclesia dicitur, cuius filioli, ut superius ostendimus, hic militant spe, triumphant re, utrunq; in ueritate possident, Rom. 8. &c. Sponsus, inquit, D. Hieronimus, Christus, sponsa ecclesia: De hoc sancto spirituali connubio, Apostoli sunt procreati, qui lugere non possunt quamdiu sponsam in thalamo uident, & sciunt sponsum esse cum sponsa. Quando uerò transierint nuptiæ & passionis ac resurrectionis tempus aduenerit, tunc sponsi filij ieiunabunt, hæc D. Hieronymus.

Filij ecclesiæ qui.

## CAVSÆ REMANENDI in ecclesia.

SVnt autem multa quæ fidelem alumnum in ecclesiæ gremio iustissime tenere ualēt. Tenet me, inquit August. aduersus epistolam Manichæi, cap. 4. consensio populorum, atq; gentium: Authoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, &c. postremo ipsum ca-

tholicæ nomen, quod non sine causa, inter tam multas hæreses Sola obtinuit.

# CAPVT ECCLESIÆ cur Christus.

MVlieres uiris suis subditæ sint sicut domino, inquit Paulus Ephes. 5. Quoniam uir caput est mulieris: sicut Christus κεφαλὴ ecclesiæ. Et idem 1. Corint. 11. uiri caput Christus: caput autem mulieris uir: Caput uerò Christi deus est. Hic est ille ſar Salmon, hoc est, princeps pacis: πατὴρ μελλωντωμ, hoc est, pater futurorum rerum: Saluator, νεόγαμος, &c. Qui multis rationibus dicitur caput ecclesiæ. 1. Quia eminentior can. 2. sicut malus inter ligna siluarū: & Psalmographus, Psal. 88. Et ego primogenitum ponam illum, &c. 2. Quia speciosior sole Sapi. 7. & Psa. 44. speciosus forma præ filijs hominum. 3. Quia potentior, cui data est omnis potestas, influit enim sensum & motū. 4. Quia sine macula, 1. Pe. 1. unde August. Episto. 50. ad Bonifacium de moderate coercendis hæreticis, inquit: Ecclesia catholica sola corporis Christi est, cuius ille caput est, saluator corporis sui. Extra hoc corpus neminem uiuificat spiritus sanctus, etc. Huius ergo ecclesiæ caput Moſchel princeps et dux Christus est,

nos

nos autem eius membra, 1. Cor. 12. Eph. 2. & 4. Col. 1. & 3. Sic etiã Thalmutistæ aliâs Thalmudicanisti seu kalmuserani, ex Hosea uocant Messiam caput populi sui, uerba prophetæ sunt: uesa mu lahē Rosch Ehad, hoc est, cōstituēt eū unicū caput. sic iterū: Meßias caput in Iesrahel est futurus: Et Eph. 1. Coll. 1. fortis fidei agonista Christū uocat caput ecclesiæ. Breuiter: ut præmãsum cibū in os inserã, Christus præcipuus est architectus, ca. et uerũfundamentũ eccl. Hosee 1.

VERECVNDA ecclesia, deiparæ uerecundiæ insistens, Lu. 1. & Ecclesia. ca. 26. Gratia super gratiã mulier sancta & pudore plena.

VENVSTA & fudifica est, tota pulchra. Cã. 4. Sed quãdo erit uenusta sine ruga & macula? Nō quidē in præsenti, quãdiu est in hac malitia, quã diu stat in procinctu, in acie, nō solũ aduersus carnē et sanguinē, sed aduersus principatus & potestates, aduersus dominos mundi rectores tenebrarũ harum, aduersus spiritales astutias in cœlestibus, hac saucia, illac cicatricosa, obsita sudore et puluere, malos una cum bonis intra sagenã suã permixtim inclusos retinens. Sed facta tandem separatione in littore maris angelico ministerio, accipiet illam uir suus gloriosam, nō habentem maculam, aut rugã; sed immaculatam. Vide Hie. in Hiere. cap. 31.

CVPIDA & amabilis, Helcanam quæ diligebat Annam imitans.

Submittit se ecclesia. SVBDITA per obedientiam quam hactenus præstitit & præstabit sponso suo IESV Christo, hinc geneseos libro cap. 3. Mulieri Heue exprobrans transgreßionem dominus maledixit dicens, sub potestate uiri eris.

Ecclesiæ crebritas. SEDVLA est, obseruans illud Sapientis cap, 26. gratia mulieris sedulæ delectabit uirũ suum, &c. Mollit herum ecclesia, quia Cardiognosten orationibus fatigans, placat & propitiũ reddit. Et ergo quia prudens dispensatrix mijsteriorum dei est, S. Ambrosius lib. 3. de sacram. cap, 1. Sanctam Rom. ecclesiam in omnibus sequi iubet: Nã huic adsistit Christus (in quo sapientia doctrinæ, probitas uitæ, et diuinitas essentiæ) & suggerit omnia septiformis ille spiritus cuius maxima dignitas est, summa potẽtia, immẽsurabilis auctoritas, quæ neq; fallit neq; fallitur Quã si quis docentem corripientemq; contempserit ut ethnicus & publicanus habẽdus est, atq; ut D. Cypri. sentẽtiæ consonemus alienus est, prophanus est hostis est: habere nõ potest deũ patrẽ qui ecclesiã nõ habet matrẽ. Hæc ergo, Christiane lector, ecclesia, sit nobis in quæstionibus illis hodie controuersis, in illa opinionum uarietate, sacra

*anchora. Hæc sit nobis in corde, in ore, in omni uita: Hanc penitus spiaamus, hanc loquamur, hãc exprimamus, &c.*

## Ecclesiæ loquitur Stadiodromus, Christus, multis modis.

CErtum est æternã esse pacem, inter amabilem Nymphum & huius dilectam sponsam ecclesiam, nunquàm dissentiunt, nunc enim laudat δημιουργὸς (cuius cœlum thronus est, & cuius scabellum terra est, inquit Augusti. de sermo. do. in mont. lib. 1. cap. 31. &c.) genas sponsæ, labra, oculos, collum, totũq; adeo corpus usq; ad capitis uerticem, nunc sororem, nunc sponsam, nunc amicam, nunc unicam uocat: Canti. 2. columbellam blandissima omnium appellatione compellat: monet huius in gremio & sinu alumnos, ut obliuioni tradant patronos penates, Psalm. 44. uocat ad se, Matth. 11. uocat ab omni idololatria, Ioan. 8. ut uerbum audiant, Matth. 17. ut uerbum custodiant in hac naui, Ioan. 3. ut uestigijs suis insistant, & bonis operibus studeant, Matth. 5. Luc. 1. ut ingenium Spiritus sancti, per quem renati sunt referant, Ioann. 3. Collo. 3. 1. Petr. 1. Breuiter monet & uocat do-

*minus* Deus, *qui de nube tonat inquit* Sedulius, *suos in ecclesia uarijs medijs & modis: per praedicationes: per beneficij largitionem, per inspirationes, per flagella, &c. de quibus omnibus in prouerbiorum libro cap.* 1. Dominus: *Vocaui, inquit, & renuistis: extendi manum meam & non fuit qui aspiceret.* Despexistis *omne cõsilium meum, & increpationes meas neglexistis, &c.* Et Hierem. 7. *Misi ad eos omnes seruos meos, prophetas per diem, consurgens diluculo, & mittens.* Et *non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam, sed indurauerunt ceruicem suam, & peius operati sunt, quàm patres eorum, &c.* Sed *quae nam causa tantae indurationis? parabola* Euãgelica, Luc. 14. *Gordij nodum soluit.* Et *alio in loco idem dominus dissoluit,* Hoseae 15. *Perditio tua ex te* Israël. Q*uid ultra debuit facere* ἀγένητος *ille saluator:* Et Thamim, *i. perfectus, quod non fecit?* Esai. 5. *Audi ergo dominum, crede, charitatem exerce, spera in eo sperantes in domino misericordia circundabit, &c.*

Vocamur multiphariam.

Hoc est, angelus testamenti, Malach, 3.

Quomodo Maleach Ha Berith,
*Christus, sit in medio ecclesiae.*

Dixit

DIxit Gamaliel Iudæis, acto. 5. Si ex hominibus cõsilium hoc aut opus, dissoluetur: si uerò ex Deo est, non poteritis dissoluere illud, ne forte & Deo repugnare uideamini: Est ergo Christus (lux uera, ex cuius lumine illuminata ecclesia, inquit Orig. in 1. cap. Gen.) in medio sanctæ ecclesiæ eam defendens, sicut teda seu lampas ad illuminandum, dicente Hiob cap. 12. deridetur iusti simplicitas, lampas contempta. Et Hesaias cap. 62. propter Sion non tacebo, inquit dominus, & propter Hierusalem non quiescam, donec egredietur sicut splendor iustus, & saluator eius ut lampas accendatur, &c. Est ergo dominus in medio ecclesiæ, quemadmodum presbyter in medio templi ad erudiẽdum, Eccles. 15. In medio ecclesiæ aperui os eius & impleuit eum dominus spiritu sapientiæ. Et sicut cor in medio corporis: Sic unicus omnium charismaton author & daduchos Christus, est cor totius ecclesiæ, fons, scilicet caloris à quo distinguitur calor uitalis in membris, unde in prouerbiorum libro cap. 4. inquit dominus. Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso uita procedit. Sic fuit in medio latronum in cruce. Sic in medio suorum discipulorum, instruens modum & meditationis & orationis:

Christus lampas in ecclesia.

*Sic in medio Doctorum, modũ præscripsit, prædicationis, disputationis, locutiõis, sermonis, &c.*

## Tria hominum genera in *ecclesia.*

DIxit Moyses populo Israhelitico. Vos statis hodie cũcti coram domino Deo uestro, principes uestri & tribus ac maiores natu atq; doctores: Omnisq; populus Israël, liberi & uxores uestræ & aduenæ qui tecum morantur in castris: Ex quibus emergit triplicẽ esse ordinem hominum in domo Dei, ecclesia.

*Intellectus iactatissimæ sententiæ.*

### TV SVPPLEX ORA, TV PROTEGE, TV QVE LABORA.

SVpremus locus clericorum est (ἀ κλῆρος, latine sors uel hæreditas, sunt enim de sorte domini, & partem domini habent.) Horum est illuminare ecclesiam, Psalm. 113. Reuela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua. Hos alloquitur Dominus philaletes & philadelphus

*phus. Esai. 58. Roma. 8. clama, inquit, ex guttu-re, ne parcas: exalta instar tubæ uocem tuam, & annuncia populo meo præuaricationem suã, & domui Iaacob peccata sua. Et te quidem fili hominis institui speculatorem domui Israëlis, ut audias ex ore meo uerbum, et diserte moneas eos ex me. Cum dixero impio tu certißime morie-ris: Tu uerò non fueris locutus ut diserte moneas impium, ut discedat à uia sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, & sanguinẽ eius de ma-nu tua requiram: si uero tu diserte monueris im-pium à uia sua ut ab ea discedat, is autem à uia sua non conuersus fuerit, ipse in iniquitate sua morietur, tu uero liberasti animam tuam, &c.*

2 *Alterum locum obtinet toparcha, (in prin-cipibus enim illustrior est Dei potentia, quàm in hominibus priuatis atque plebeis) Græca ue-ritas eos uocat satrapeias, respondens originali hebraico, quod habet sarnim siue* Sarne, *quod principem significat, &c. In hoc ordinatus à Deo est, ut insontes defendat, perfidos puniat, o-mnia ex præscripto faciat, Missus ad uindictã ma-leuolorum, laudem uerò bonorum: iuxta illud. Parcere subiectis & debellare superbos, etc. Iu-sto ergo non est imposita lex, sed iniusto, 1. Ti-moth.*

Magistratus officium.

*mot.* 1. Et *non subditis, uerùm impijs & transgressoribus, sceleratis, dissolutis etc. Sic* Barrabas *seditionem mouens in carceres coniectus est,* Mat. 27. *Sic Catilina, &c.* Huius *generis sunt hodie, qui nolunt Mystarum obedire imperio & uotis. ut* Deuteronomius *præcipit, cap.* 17. *Qui contumaces sunt ac apertissime scelerati: qui omnes catholicos pios magistratus cum illorum grauibus edictis cachinno excipiũt, id quod palàm domini mandato reluctatur, cum ait.* Reddite *quæ sunt cæsaris cæsari, & quæ sunt* Dei Deo, *Mat.* 22. *Marc.* 12. *Luc.* 20. *Numisma autem* Dei, *homo.* Numisma *uerò cæsaris, aurum:* Præstiterunt *se obedientes* Cæsari, Ioseph *& benedicta uirgo, & non reprehenduntur: nam & lex ipsa dicit, reges & regna* Dei *esse ordinatione:* Eadem *confirmant* Apostoli, Roman. 13. 1. Petr. 2. Qui *ergo sese magistratui in pijs negotijs subdit,* Dei *ordinationi sese submittit.* V*sum igitur gladij nullo modo* CHRISTVS *(ad cuius comparatiõem summi monarchæ nihil aliud quàm uermiculi sunt) ademit, sed permisit.* Quod Iohannes *Christi* Prodromus, Luc. 3. *satis aperte testatur, dicens.* Neminem *concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs uestris. Sic &.* Centurioni. Eunucho Can-

In quos animaduertendũ sit. Deute. 21.

Deum timete. Regem honorate.

dacis

*dacis reginæ, Cornelio, Sergio, non sublatus gladij usus, testatur Lucas, Act. 8. 10. et 13* Et *Psalmographus, Psalm. 143. Benedictus dominus Deus qui docet manus meas ad prælium & digitos meos ad bellum, &c.* De *uindicta legittima in impios, uide* Deuterono. 14. 18. *Leuiti. 24. 3.* Reg. 18. 4. Reg. 2. *Iohann. 2. 1.* Timoth. 2. *Actor. 5.* Galat. 4. *1. Corinthior. 10. &cæ.* Hieronymus *resecare iubet putridas carnes. Sic Augustin. libr. 2. contra* Episto. Gauden. de hære. *sed & LL. imperiales, & quidem antiquißime serio damnant, & damnatam perpetuo uolunt apostatarum memoriam,* L. *quoniã* C. de Episcopis *& clericis, &c.* MAGISTRATVI *autem quatenus obsequendum, uide* Tertullia. in Apologe. cap. 30. 31. 32. *&c.* Et *quando etiam confidenter resistendum, uide in* Eusebio, *ubi* Polycarpi *martyrium prosequitur: Item apud Basilium de institutione Monachorum cap. 14. &c. breuitatis enim gratia supersedeo.* Hodie *certe, ut cum piorum uenia loquar, rara est admodum grauitas & legum peritia in prætoribus pilatistis, quæstoribus, (Gozelitæ sunt qui uiuunt ex raptu, qui nusquam non deprædantur) præfectis, & hoc genus magistratibus, prædicari,* Hiere. 5.

pere

3. Ab egregio principe expectanda. 1. Sãctitas domi. In armis fortitudo. Vtrobiq; prudentia. Promiscuum uulgus. Subiecti debẽt præsidibus obedientiã.

*pergræcari, lenocinari, deferre, adulari, deplumare, desquamare, & hoc genus facinora committere nobilitat, ô impia & stulta panurgia, & cæcitas, &c.*

*Tertius plebeorũ est, (crassissima quidẽ huius orbis pars, sed ita crassissima, ut tamen ad Christi pertineat corpus) qui sunt pedes ecclesiæ ad portandum eam, ait* Hugo Cardinalis: De qui*bus Psaltes regius, de quo dubium, an rex gloriosior, an propheta sanctior fuerit, Psal. 17. Qui posuit pedes meos quasi ceruorum, &c. Summa, subiecti debent præsidibus obedientiam, quasi iudicibus à* Deo *cõstitutis in his quæ ad salutem animarum pertinent.* Deinde *etiam subiectionẽ, sunt enim à* Deo *præpositi,* Hebre. 13. I*psorum autem est peruigilare & rationem pro animabus reddere,* E*sai.* 58. Nemo *enim, inquit* Ignatius *ad smyrneñ: potior est* Deo *; neque similis, neque* Epi*scopo in ecclesia honorabilior.* Qui *enim honorat* E*piscopum, honorabitur à* Deo*, & qui inhonorauerit eum, à* Deo *inhonorabitur, &c.*

Leuit. 19. Reuerentiam *quoque debent & honorem tanquàm patribus suis spiritualibus.* Victum *deniq; & sumptus, sine quibus ecclesiasticum ministerium exerceri non potest :* Dicit *enim scriptura.*

1. Tim. 5. Non *obligabis os boui trituranti, & dignus est*

*peera-*

operarius mercede sua, &c. Humanā temeritatem in sacerdotes Dei non grassari debere, indicat concil. Matisconeñ. 2. ca. 9. & 15. &c.

Primi ergo duos ultimos ordines instruunt: Medij defendunt. Tertij sustentant duos primos: De his tribus membris mentionē facit Apostolus 1. Corinth. 12. ubi comparat ecclesiam corpori, &c. Qualiter uerò mali persequantur illam, uide 1. Corint. 11. 15. 2. Corin. 11. Gala. 1. Philip. 3. Acto. 8. 12. 19. &c. ἀντιλήπτορες,

## Excommunicationis ecclesiasticæ uis & censura, Quanta.

SAcris proditum est literis, eijci aliquem ab ecclesia militante duobus modis. Primo à merito per gratiæ subtractionem uel nō appositionem: Eijcit autem, id est, permittit eijci, Apocalyp. cap. ult. Huiusmodi canes sunt uenefici & impudici. Alio modo à numero per excommunicationem siue à consortio, secundum illud, Nume. 5. Eijce omnem Elephantiacum extra castra. Et prouerb. 22. Eijce Derisorem & exibit cum eo iurgium. Et os ecclesiæ Paulus, prohibet 1. Corinth. 5. ne cum ipsis sumamus panē. & Ioan. 2. Nolite, inquit proreta Christus, eum reci-

Vide Hunem Cardinalem.

Derisor Bullingerus qui ex communi-

cationē nihil aliud esse blaterat quàm betaceum telum, etc.

Nota.

3. Species excōmu.

Suspēsio.

Anathema.

Interdictum.

Immedicabile uulnus Ense resecandū est.

Augusti. quæsti. 39 super Deuteronom.

recipere in domo, nec Aue ei dixeritis, etc. EXCOMMVNICATIONIS (quæ neruus ecclesiasticæ disciplinæ dicitur) meminit D. Ambros. super Psalm. 118. Sermo. 8. dicens. Recte ergo & sacerdos uulnus, ne latius serpat à toto corpore ecclesiæ, quasi bonus medicus debet abscindere, & prodere uirus criminis quod latet, &c. De excommunicationis effectu 1. Corinth. 5. 1. Timoth. 1. 2. Thessalo. 3. De usu Matth. 18. 1. Corinth. 16. Galat. 1. Ioan. 1. De abusu Ioann. 9. 16. &c. Petrus, Acto. 5. Ananiam & Saphiram pro defraudatione precij agri non solum excommunicauit, sed sententia mortis damnauit. Et alio in loco scriptura, Hæreticum hominem post unam & secundam monitionem deuita: Ecce Hæresiotæ excommunicantur? Absq; synagogis facere, est tanquàm hominem impium & execrabilem igni & aqua interdicere, nec publicis munijs solum, uerum etiam omnium honestorum cōsortio indignum designare atque censere. Et quod in ueteri lege interfectio, idipsum in ecclesia excommunicatio, &c. Nō ergo parua excommunicationis censuræ pœna, iuste irrogata, satius esset homini, mille mortis genera subire, quam suapte culpa in excommunicationis pœnam incidere. Verùm si ab iniquo fuerit

*rit illata iudice, nihil illa magis meritorium est: Maneat ergo lex imperialis, maneat uirga Ecclesiæ: Mater ecclesia filiolos inobedienteis mitius corrigit, ac pater cœlestis, Matth. 25. 22. &c. Sed aliâs obstinatis & pertinacibus nõ medicamen est, uerùm potius gladius interimens. Nam hi contemnunt sponsam Christi, cui commisit paranymphus & Christus, in proteruos & contumaces ueriùs spurios gladium exercere: Quod expertus est apud Florẽtiam Tusciæ Hieronymus Sauonarola, qui in hac re se contumacem contra censuras ecclesiæ præstitit: Huius peruersum propositum non uetetur defendere Sebastian Meier Bernensis, in suis commentarijs, scilicet, super Apo.*

Vide Cypria. lib. 1. Episto. 11.

*Eijcit etiã ab ecclesia triumphante, per extremam sententiam definitiuam & iudicialẽ, de quã Christus tyrannoctonus, Mat. 25.* Suru mimeni Arurim el esch haolam, *hoc est, discedite à me maledicti in ignem æternum, &c.*

## Ecclesia supplicat pro infidelibus.

*SVpplicat ubiq; ecclesia Deo non solum pro sanctis & in Christo iã regeneratis, sed etiã*

*pro omnibus infidelibus & inimicis crucis Christi, ut relictis erroribus suis conuertãtur ad Deũ, accipiant fidem, accipiant charitatem, pro quibus omnibus sibi uult dominus supplicari: unde subdit. Qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire.*

Ambros. de uocati. gent. lib. 1. cap. 4.

## Credere ecclesiam non in *ecclesiam.*

C*Redimus autem S. Catholicam ecclesiã, nõ tamen in ecclesiam credere debemus. Quia ecclesia non est Deus, sed domus Dei est, catholicam dicit toto orbe diffusam, quia diuersorum hæreticorum ecclesiæ ideo catholicæ non dicũtur, quia per loca, atq; per suas quasq; prouincias cõtinentur. Hæc uerò à solis ortu usq; ad occasum unius fidei splendore diffunditur, inquit* D. Aug. de Tempo. Serm. 131.

## Multa commoda ecclesiæ contulit *paranymphus.*

C*Ontulit autem cardiognostes Christus (qui uitam fecit ex morte, lucem creauit ex tenebris, Ambro. de uirgi. lib. 3.) suæ spon-*

*sæ*

*sæ multa bona: uirtutibus, sacramentis, scripturis, diuersis sanctorum generibus, eam ornans & decorans, pascens eam similagine, melculo & oleo, Ezech. 16. quod est fide S. Triadis, uel sacra scriptura, uel sacramentis ecclesiasticis, &c. Quæ attendens Augusti. in hæc uerba ebuccinat. Ego uero, inquit, Euangelio non crederem nisi* Obserua. *me catholicæ ecclesiæ commoueret authoritas, quibus ergo obtemperaui, dicentibus, credite Euangelio. Cur eis non obtemperem, dicentibus. Noli credere Manichæo: hæc August. cõtra Epistolam Manichæi, quam fundamenti uocãt, ca. 5. Simili modo Hiero. ad Minerium, plenis buccis intonat. Meum popositum est, antiquos legere, probare singula, retinere quæ bona sunt, & à fi*- Arrige aures excucullate. *de catholicæ ecclesiæ nõ recedere, &c. Breuiter; Ecclesia fouet, orat, benefacit: At ingrata Soboles rursus tribus modis ipsam matrẽ impugnat; Atra bili, uerbis, cruciatibus.* Ecclesia tribus modis impugnatur.

## Duplex status ecclesiæ.

E*St autem 2. status ecclesiæ, uterq; perpetuus, CONTEmplatiuorum, Qui omnibus temporalibus abrenunciantes holocaustum protogono, id est, primogenito offerunt. ACTI*-

VORVM, Qui uictimas cædũt seipsos per pœnitentiam mortificantes: unde Ecclesiasticus, ca. 35. Salutare sacrificium est attendere mandatis, & discedere, ab iniquitate.

## Martyres recentiores in ecclesia, Qui.

O insensati, tardiusculi Galatæ, quis uos fascinauit? Quis illam inobedientiam uobis incußit? Date Episcopos Hußitæ: adducite capulares senes prædecessores catholicos: ubi mitrati Episcopi uestri? ubi sunt qui lauerunt, cum Lino, Cleto, Clementi, Alexandro, Sixto, Calisto. Vrbano, Fabiano, Cornelio, Sixto 2. Pontific. Romæ. & cum quibus pari successu fortiter pugnarunt, Laurentius, Cyprianus, Carthagineñ. Episcopus, Ignatius Antiochenus Episcopus, (qui ad bestias damnatus, uide Sophronium, & lachrymas excutiet historia) Polycarpus (Iohannis Zebedæi discipulus, Smyrneorum Episcopus, Dionysius Alexandrinus: Athanasius, Cyrillus, Chrysostomus, &c. Sanctißimis pontificibus, &c. Qui, inquàm, lauerunt stolas suas cum illis in sanguine agni? Quales fuerint authores, à quibus, hoc nouum dogma

Laurẽtius Sixti PP. Archidiaconus an. 253.
S. Ignatius anno domini 101.
S. Cyprianus an. do. 254. alij 260.

*dogma edocuistis, & quod nuper orbi inuexistis nobis ostendite? Certè nullum potestis, molles cinislones, nisi fortè unum & alterum uoti transgressorem, addo leues etiam & induratos pneumatomachos. Sed nos, nos inquam, facile, etiàm deploratißimis illis temporibus, martyres seu testes ueritatis infinitos (summa enim gloria pro Christo ignominiam pati: & ueritas omnium rerum fortißima est) maximè Anglicanos uere Angelos dabimus.* THOMAM *scilicet* MORVM *Cancellarium regni & regij scrinij magistrum, anno Christi* 1535. *sexto nonas Iulij, Heliæ secutus exemplum, qui cum Sidoniorum conspiceret impietatem quotidie inualescentem, in montis* Oreb *speluncam secesßit. Eodem modo noster Morus spretis omnibus, urbanos fugiens tumultus, magistratuum ambitionem, &c. in melioris uitæ amorem exarsit. Addo* IOHANNEM PHISCHERVM *Roffensem Episcopum, qui passus est anno Christi* 1535. *decimoquinto Calendas Iulij, de quo scriptura. Zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorum Iesrahel, &c. Item D. Reginaldum, (anno uirginei partus* 1535. *die* 15. *Aprilis passus) & strenuos athletas Christi* 18. *Carthusianos, & plures alios* Nume. 25.

Vide Geor. Lil.

*Christianæ modestiæ columnas, scilicet* Redingium *Glacosniensis cœnobij abbatem* Clocestrẽsem, Elizabetham Barthoniã. *Item:* Andreã Metonensium Episcopum, *cuius mitratum caput lunigeri Barbari Alfurcanistæ propter fidem anno* 1500. *Detruncarunt. Adhæc* Hydrũtinum Episcopum *loci dignitate & ætate uenerabilem, quẽ etiam exquisitis supplicijs miserè excarnificauit atrox & cruentus* Barbarus, *anno* 1480. *&c. Qui omnes, ut innumeros transeam, pro eò quod schismati adhærere, & ab unitate* S. Ro. Eccle. *segregare semetipsos nolebant, crudeliter martyrizati sunt, (de diuersis tormentorum generibus loquitur* Eusebius Emisse: De Epipha. *homil.* 4. *dicens.* Hic *uerberibus dilaniatur, hic candenti craticula sacrificij more torretur, hic abscisso capite æterno capiti iungitur: Hic desecta lingua inuiolabilem fidem melius loquitur & Christum dominum in silentio oris clamore uulneris confitetur, &c.) Et in ipso mundi iam senescentis occasu, quo omnia uitia stant in præcipiti; adeo, ut nequeant uel ulterius progredi, uel altius conscendere, ad immortalitatis lauream & desideratam patriam (hodæpori & martyres, postremò Omologetæ) euocati & profecti sunt: & ser-*

Vide quot certamina, & una corona? Amb. off. lib. ca. 36.

*seruitute in libertatem: de erumnis ad felicitatē de caligine in lucem: de periculis in tutum: de morte ad uitam: de morbis ad immortalitatem: de tot malis ad summum bonum: de caducis ad æterna: de terrenis ad cælestia: deniq; ab hominum colluuie ad angelorum contubernium sunt traducti.* Hac *autem lege nascimur omnes ut omnibus fortunæ casibus subiaceamus.* Neq; *enim magni artificij est tranquillo mari, uentisq; ferentibus, rectum tenere cursum, sed egregium nauclerum tempestas arguit aduersa.* Non *potest quis præmium accipere, nisi legittime certauerit, nec est gloriosa uictoria. inquit* Ambro. 2. Tim. 2.
*offi. lib. 1. cap. 15. nisi ubi fuerint gloriosa certamina: tentatio domini probatio est, tentatio dæmonis uel carnis deiectio.* Masculam *autem illam* Euche.
*atq; inuictam uirtutem non natura, sed gratia* quæst.
*dat: ubi enim minus succurrit natura, ibi mira-* diffil.
*bilius operatur gratia, &c.* Hi *sunt quos habuistis, ô hagioctoni & christicydæ crudeles, in derisum, & in similitudinem improperij: uos insen* Sapiētia. 5
*sati uitam illorum æstimabatis insaniam, & finem illorum sine honore.* Ecce *quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est?* Hi *uero errore deposito in Christo baptizati sunt, effecti ciues sanctorum, domesti-*

*ci dei, cohæredes Christi: comparticipes promis-
sionis in Christo, membra Christi, templum do-
mini, perfecti abrenunciatores mundi: in quibus
mundicia cordis, decor uirtutum plurimum emi
cuit. Qui succrescentes hæreses, uerbi dei sar-
culo fortiter suis scriptis radicitus stirpitusq;
euulscrunt, et quasi Marpesia cautes maris exa-
gitantibus fluctibus in obstinato cæptoq; propo-
sito, inalterabiles & inexorabiles stetere: Exul-
tabunt igitur in gloria uidebunt deum, & gau-
debunt. lætabuntur, & delectabuntur, & fruen-
tur gloria, & in felicitate iocundabuntur æter-
na. Nihil eis deerit, nihil oberit, omne desideri-
um eorum Christus præsens implebit. Non se-
nescent, non tabescent non putrescent amplius.
Non erit concupiscentia in membris, non ultra
ulla exurget rebellio carnis, sed totus hominis
status pudicus & pacificus, sana ex integro na-
tura, sine omni macula & ruga deinceps perma-
nebit. Sicut enim abundant afflictiones, ita per
Christum abundat consolatio, &c. Legimus pro
Roma Curtium: pro Thebis Meneotheum: pro
Athenis Codrum: & alios multos nobilium ur-
bium municipes, summo felicitatis loco duxisse,
pro patria mortem oppetere. Tragœdi subinde
crepãt uerba Iphigeniæ Agamemnonis filiæ hæc*

ὢ πα-

ὦ πατὲρ πάρειμί σοι τοὐμὸν δὲ σῶμα τῆς ἐμῆς ὑπὲρ πατρὰς, καὶ τῆς ἁπάσης ἑλλάδος γαίας ὑπερθῦσαι δίδωμι ἑκοῦσα, Hoc est, *pater præsto sum, corpus meum libenter impendam in sacrificium pro patria & pro omnibus graiugenis.* Et *alio in loco* Homerus. εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι πάτρης, *id est, unum augurium optimum pugnare pro patria.* Non *ergo moritur quisquis pro patria mortem oppetit, ut palma contra impositū onus, ita masculus animus, contra fortunæ difficultatē debet erigi, ultroq; insurgere. Virtus duris laboribus pascitur nō frangitur: uiri nihil habet, qui glorioso labori ullā uoluptatem anteponit, &c. Si gloriosum nunc pro patria mortem oppetere, longe iustius certe homini Christiano pro regno dei, et pro patria cælesti se uoluntarium sacrificiū offerre?* Cyprianus 2. *martyria celebrat, in hac uerba. Non enim semper sæuiunt* Nerones, Do*mitiani, Decij, ac* Maximi: *nunquam tamen cessat diabolus exercere Christi militiā, professos. Sufficit ergo esse confessorē, si deus nō uocauerit ad martyrium uterq; Christi est* Apostolus, *tam ille,* Petrus, *cui dicitur, sequere: quàm ille,* Ioannes, *cui dicitur, Si eū uolo manere,* Ioan. 21. Nec *hoc reticendū: Martyrū aliquos testificari* de Chri-

Pulchrum pro patria mori.

Gelli. lib. 3. cap. 6.

2. Marty. genera.

de Christo, ipso facto; at nō uolūtate, sic innocē
tes bimuli Mat. 2. Quidā uerò uolūtatę et opere
lumbos precingentes ad mortem properant, tales extitere & Apostoli, & Apostolici in hodiernum usq; diem, Matth. 5. Reliqui uoluntate patiuntur at non re & opere, neq; enim sentiunt martyriū, sic Iohannes Euangelista, confessores, &c. Summa: propter puerū IHESVM mactantur pueri: propter uirum, uiri: propter innocētem innocentes, &c. uerùm adinstitutum: Quapropter quicunq; ab huius ecclesiæ obedientia abducere tentauerit, sit nobis anathema. Neq; horreamus cum cæco illuminato, Ioan. 9. Exterminari è Synagoga Baalitarum, millies moriendum potius quàm ut manus polluamus cum impijs: Sanctus Hermegildus, quem etiàm sacri canones celebrant, maluit à patre occidi quàm Arrianorum, forma noua sacrificantium, sacris interesse. Et certum est pios in Ecclesia nnnquam improborum caruisse morsibus, semper, inquàm, redundarunt labores atq; ærumnæ capitis in membra, iuxta illud, Eccles. 27. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis: semper obsequium amicos, ueritas (summa sapientia) odium peperit: Exemplum est Iesaias, qui lignea serra dissectus, &c.

Triplex martyriū.

Pij in hoc mundo non tribulari non possunt.

Amici-

Amicitia huius mundi, est inimicitia dei: Amara est ueritas, inquit D. Hiero. aduersus Iouinia: lib. 2. Et qui eam prædicant, replentur amaritudine: unde Beda. Sicut aurum in fornace (1. Pet. 1.) clausum ignibus examinatur, prolatum uerò foras, cuius sit fulgoris apparebit, ita fidelium constantia inter infidelium pressuras contemptibilis uidetur ac stulta, sed ubi tempus retributionis finito certamine tribulationum affuerit. tunc quantæ fuerit gloriæ, quantum flammis paßionum profecerit eorum uirtus, ostenditur. Beda ibidem, &c. Euidens igitur testimonium archihomicidam. quem græci antikimenon uocant, 2. Theß. 2. &c. Illic regnare, ubi Christiana pietas inuertitur, & iusti & innocentes uiri partim crudeliter & publice: partim flagranti odio necantur, & contrà peßimi quiq; pneumatici nasutuli in honore & precio habentur. Sic Dauidi non erat locus in regno Saulis, in quo tamen Doeg primus post regem, admodum sublimis, emicuit. Sic prophetæ & sacrifices Baalim apud Achab regem obseruati, qui de mensa Iezabelis cibum acceperunt, latitante interim propheta in montium cauernis. 3. re. 18. Hinc Hebræorum illa pontificum nefaria insectatio, Christi regis acta & uitam infamantium, nihil

Hoc est, eum qui se aliis opponit.

1. Reg. 18.

Regnum behemoth in terris ubi.

Hierosolyma interfectrix prophetarũ.

*aliud fuit quàm inuidentia, quæ cecos & præcipites egit, ut quem uenerari debuerunt, cruciá affixerint, & Barrabbam latronem libertati restituerint, nec impune autem uindicata est ea iniuria non solum patriæ excidio, tantaq; hominum iactura, quantam nulla unquam uidit ætas unum in locum & gentẽ coaceruatam, sed perpetuò etiam posteritatis supplicio:* Cuius meminit Cyrillus in Genes. *lib. 2. occiderunt, inquit, omnium dominum, atq; præ nimia scelerositaté ausi sunt dicere sanguis eius super nos, &c. At sanguis* Abelis *contra duntaxat homicidam suum redundauit,* Christi *uerò sanguis præciosissimus,* Iudæorum *immanitatem ingratitudinemq; arguit, mundum tamen peccato redemit, cuius gratia effusus est, hæc ille,* Sic Antipas Iohannem *persecutus,* Math. 14. Mar. 6. Luc. 9. 13. *Sic* Agrippa Iacobum *occidit &* Petrum *inclusit,* Actor. 12. Stephanus *lapidibus obrutus,* Actor. 7. *Quibus* Paulum *affecerint malis, uide* Actor, 16. 2. Corinth. 11. &c. De *Apostolorum maxime* Petri & Pauli *martyrio: uide* Euseb. *libro 3.* De *demonstra,* Euangelica. Tertullian: *in* Apologetico, *cap. 21.* Chrysostomum *super* Timothe. 2. *capite 2. & cap. 4.* Augustin. *super* Psalmo: 65. 140.

140, &c. Sic nulla uirtus potuit euitare dentes liuoris: tentat autem deus, inquit August in. Ser. 72. de tempo. ut doceat, diabolus tentat ut decipiat, &c. Olim laudabilis antiquitas suos Dauidas, Solomones, Ezechias, Iosias: Phinees: Zacharias: Iesos & Onias: Augustinos: Ambrosios: Gregorios: Hieronymos: Chrysostomos, &c. Breuiter, suos martyres, confessores: Virgines, &c. moderatis & condignis encomijs (charitas enim nunquam excidit) celebrabat, Nunc Roboamos rudes, ophni et Phinees delicatulos, molles pseudo angelicos, mundi calamitates, huiusmodi mancipia inquam illis (ô crudelitas crudelitatum) preponimus. Nouit quidam cosmeta in suis æditis libris mangonizare (quos nec iudico, nec enim hæreseos temere quenquam insimulandum esse arbitror, nisi ab ecclesia prius declaratum & proscriptum. Nam deum offendit qui proximo maledicit.) Superstitionum colluuiem, Hopperum scilicet, Bratfordum: Sanderum: Taillerum: Io. Rogerũ dauidensem: Petrum Flistedium: Adolphum clarebachũ Merindolanos: Valdenses: Spieram: Farellũ: Robertum Barnũ, &c. Quos omnes (manifestũ est & in propatulo) luisse pœnas condignas & eiurasse patriã iusto iudicio, & certis

1. Reg. 2

Martyres suspecti.

firmisq;

*firmisq; legibus. At quid (ut hodierna exempla proferam) omni momento, imò in omnibus locis ferè, patiantur miseri Christicole S. Roman. ecclesiæ obedientißimi pedissequi, Tam in utraq; Sarmatia (Europæa & Asiatica) maximè uerò Solimis à Mahometistis: Quàm hinc inde à Christicydis, hic omnino elinguis est, obmutescit. Nõ pudet hodie Angelicos, scilicet, è suggestiolis uenefica lingua & uipereo sibilu, contra φιλαδελφίαν, cõscelerare, detrahere, proscindere et tantumnõ ad furcas condemnare miseros Papistas (sic enim probrosè soliti sunt apellare catholicos) Quibus tamen nos pepercimus huscusq; scriptis: Nũc enim sumus uiro dei, scilicet, (titulus libri est,* **Das Bapstumb vom Teufel gestifft.**) *Luthero excucullato, qui sic succum lolliginis effundit & euomit* **Blattenhengst; Bapst Esel: Epicurische Sew; Teufels Apostel** *(utor enim pituosi uerbis)* **Spitzbüeben: Rasende; tolle/ zc.** *Virũ grauißimũ D. Ioannem Ecciũ, bucsinat doctorẽ* **Saw** *dei creaturæ et imagini detrahẽs. Decreta S. Patrũ predecessorũ nostrorũ, sibi sunt* drecketa, *Christianißimũ principẽ Georgium ducem Saxoniæ Patruelem electoris Friderici, Sathanæ Apostolum blasphemauit,*

*Anno 1526, Catholicos:* Parricidas, *caini progeniem & posteritatem blaterat. anno 1537.* Louanienses *doctores, sanguinarios hæreticos, ipse hæreticus uerius, mendaciter ebuccinat, anno 1545: Quo enim uita fuit longior, hoc magis adcreuit scelerum cumulus: (Sic irrisus est* Athenis Paulus, *ab* Epicureis *& stoicis)*Ecce Lutherus *summus ille dissipator, dispensator inquam, et reformator, hæc prædicat, cum tamen scriptum sit 1. Corinth. 2.* Nolite *ante tempus iudicare, &* Exo. 20. Lo Thirtzah, *hoc est, ne occidas.* Nec *osculum* Iudæ *respuit dominus:* Maledicenti *benedictio respondeat, inquit* Lactant. *lib. 6. cap.* 18. Nunquam *ipse maledicat, nec malum procedat ex ore hominis qui colit uerbum bonum. Quin etiam caueat diligenter nequando inimicum sua culpa faciat: hæc* Lactant. Et Roman. 14. *Tu quis es qui iudicas alienum seruum? domino suo stat aut cadit, &c. In quem tamen & ego uerius ebuccinare & pyrobolariorum more fulminare possem, si non obstaret charitas seu dilectio, his uerbis. Luth. pietatis oppugnator: Scelerati dogmatis assertor: fraudis minister:* Nouæ *impietatis author: antiquæ pietatis prædo: Libidinis præco: peccati manceps:* Incircuncisus Nabuzardan: *Lerneum* γνῶθι σεαυτόν.

H imo

4. Reg. ult. *imò stygium mõstrum: Tenebricosus Oniropola Αντρώνιος ονός, & quid aliud, ut adagium sonat, quàm nullus magnus malus piscis ? multa supprimo, quæ me Christiana charitas deprome re non sinit: ad institutum. Etiam profundus il le & trilinguis eruditionis phænix* D. GEORGIUS VVICELIVS *politropus, in quem tamẽ mecenatem (cuius scripta quoties lego, toties pectus illud sacrum ac cæleste mecũ adoro, atq; exosculor) natura omnes uires suas contulit: à Gutelio pãtinomo nihil nõ iniuriarũ passus est, Scripta clarissimi uiri illud clarè manifestant: Simili modo Caluinus, (qui ob hæreseos crimen proscriptus, exul et infamis patriæ suæ desertor, quem etiã rex Galliarum Franciscus è finibus suis eiecit, sic scribit Cochleus) Ambros. Catharinũ uenerabilẽ senem istũ, & episcopũ Minoricensem, putridũ cadauer et silicerniũ, blasphemat: cõtra Pauli Apostoli præceptũ, 1. Tim. 5. Idem calumniator propudiosissimis calũnijs, Tridẽtinos patres uocat idola oleata. Cathedra Petri, illis rabulis, sedile Baalitarum est. S. Romanam Ecclesiam, (quam non cessant proscindere, quantũ in ipsis est) Diaboli ecclesiam, Satanæ synogã, meretricẽ Babylonicã, &c. garriũt mendaciter. Ius Pontificium, quasi Antichristi*

*com-*

*commentum*, *Vulcano dicauerunt*. *Pontificatum Romanum*, *robusti uenatoris* Nimrodi *potentiam ganniunt*. Quid Papatus *in uniuersum aliud est*, *blasphemat* Bastian meier Zuinglicus *buccinator*, *quàm dæmonicarum superstitionum fœda quædam colluuies*? Idem meier, S. Liberium Romanum *pontificem Arrianistam friuolè & mendaciter blaterat*, *&c*. Pios *etiam obedientes magistratus Augustanæ Confeßionis*, *uocant nugiuenduli ironicôs*, Interimistas, Adiaphoristas, *&c*. Quis *unquàm gnato*, *aut colax seu gelasinus*, *usq; adeò fuit impudens aut in tantum esurijt*, *ut istiusmodi uerba matri suæ ausus sit in os dicere*? *Sed singula percurrere nimis longum arbitror*. *Hanc autem imaginem hodiernæ persecutionis prædixit* Chrysost. *ad* Innocent. *dicens*: *Ecclesiæ ad genua usq; humiliatæ*, *populi dispersi*: *clerus diuexatus*, Episcopi *exules*: *Constitutiones Patrum uiolatæ*, Clerici *fustibus cæsi*, Diaconi *plumbo elisi*, *&c*. Christianos *uariæ delationi & proditioni esse obnoxios*, *habes Math*. 10. *Subsannandos fideles scriptura sacra indicat*, 2. *Para*. 30. 36. *Nehem*. 4. P*salm*. 34. *Hierem*. 20. *Acto*. 2. & 17. *Infamiæ notas atq; stigmata Christianis inurenda*, *Christus ipse prædicit Ma*. 5. *&c*.

Imago hodiernæ persecutionis.

Vide Bas. mag. epis. 70 ad epis. Italiæ ac Galliæ, &c.

Verberibus & flagris nos esse proscindendos, Matth. 23. nobis prædicitur: Exempla extant 2. Cori. 11. Acto. 4. 22. 23. Math. 21. 23. &c. Melius igitur est homini incidere in manus hominum, quam impingere in legem dei, unde Euseb. Emisse. de Epiphan. Hom. 4. Quos per cruentissimum persecutorem humiliauerat diabolus exaltauit deus: quos ille damnauit, iste glorificauit: Ille opprobrijs adimpleuit, hic præmijs: Ille affecit flammis, refrigerijs hic refecit: Ille induxit in mortem, hic ad uitam de morte perduxit: Ille interfecit gladijs, hic dignos fecit coronis, &c. & Prudentius.

Carcer Christicolis gradus corona est.
Carcer prouehit ad superna cæli,
Carcer conciliat deum beatis.

Sed uideamus Angelicos illos martyres, scilicet, cohortantur alios ad militiam sibijpsis cauēt magistelli profugi, In scolis & latibulis suis summos prothomijstas satanæ tradunt, uocant Antichristū Rom. pontificem. At egregij illi martyres, extra periculum feroces quemad. canes ignaui, qui in domibus uel post sepes dominorum allatrant pretereūtes, cur non Rhomam. Luteti am parisiorum, Louaniū, &c. & ad alias academias

*demias, ubi Antichristum esse blaterant, proficiscuntur? qui hæc non sapit certè τυφλότερος τειρεσίου: Antichristi. sunt docendi & increpādi tēpestiue & intēpestiue, facultatē impediētes. Antichristi sunt, inquam, qui facultatē ad ministrādi remorātur. Qui sacerdotiū imperio subijciunt, Ex emporio & Lyceo aliquo dicaculorum, metropoles & diocæses facientes. Antichristus est, qui bonis operibus detrahit: Antichristi sunt sibi ueritatem omnem uendicantes, & inter sese discordantes, quippe quorum alius hic, alius illic, hoc est, alius in illa secta, alius apud aliam, ueritatem certam esse contendunt, &c. In mundo iam est Antichristus, non corporaliter, sed propter eorum præsentiam, qui uiam illi præparant, Quid fiet in ipsius Antichristi sæuitia, si ecclesia ab illius prodromis tanta patitur? Summa, Antichristus homo qui Sathanam circumfert elato animo. Sed sinamus illos in suis septis latrare, nobis erit ecclesia Vniuersalis ouile, ibi enim uidemus scaturire sanguinem uere Christianorum. Et ergo quando forte, ut schematicè loquar, percutiuntur, supplicium esse memento, non martyrium, Quando enim suas ostentant cicatrices, sua facinora mani-*

Antichristum hodie qui spirent.

*festantur, (de martyrio hæreticorũ uide Canones concilij Laodicen. can. 34.) scælesta qui patrarunt mala, decet pati inquit, Euripides. Phrygum filij, nisi plagis concisi, non emendantur, &c. Sic nec fortis Mutius Scæuola, qui dexteram ad ignem torruit, quod non intercmisset Porsenam, martyr dicendus est: imò ueriùs martyr dicenda Appolonia, quæ corpus totum prunis obiecit. Sic nec martyr Sophronia dicenda, quæ sibi manum intulit, Lucretiæ animi robur æmulata, &c. Quia nõ pro Christi nomine, sed partim ob meritum: partim erroribus inuoluti succubuerũt cum recentioribus illis martyribus pseudoangelicis. Exempli gratia: Anno domini 1550. Non. Decemb. Parysijs (distat Lutetia parisiorum ab Argentorato miliar. 85. Et à Compostella ad sanctum Iacobum miliar. 350. &c.) in Basilica diuæ uirginis sacra, in liturgijs uespertinis, cùm pro more clerus in templo solenniter, ut in uigilia Conceptionis diuæ uirginis hymnum diuæ uirgini modularetur, Ioãnes quidã, ab ipso pronai capite per mediũ utrinq; adstantis chori, ense quo erat accinctus districto, quanto potuit impetu ad uirginis imaginem accurrens, ipsam cõcidere tentauit, &c. sed quinto post die execta prius lingua, uiuus pro æde*

*uirgi-*

uirginis exuritur, an propterea dicendus martyr? Sinamus itaq; delitiari Baalitas, Pij malunt cumfilijs Prophetarum & Heliseo in deserto conuiuere, quàm in principũ aulis: & cum Psalmista dicere. Elegi abiectus esse in domo dij, quã habitare in tabernaculis peccatorum: Pro pia enim ueritate mortem constanter perferre, non subterfugere, non dißimulare, institutũ est quod Christus è cælo ad nos detulit, &c Verùm ut soluamus lora tandem, hæc enim fusius prosequi, & infinitum et propemodum impoßibile, quandoquidem & nos non commentarios seu hagiologium scribimus, sed locos aliquot indicamus, nam sunt Catholici qui hac de re & locupletius & eruditius pleraq; multa scriptitarunt. Psa

## TRES SPECIES IVstorum in Ecclesia.

TRes sunt iustorũ species in ecclesia, accipiẽtes triplicẽ fructũ à domino deo: uidelicet, 30. 60. et centesimũ, Christo testãte, Mat. 13. Hinc NOAH rector arcæ, significat rectores seu primarios ecclesiæ mystas. DANIEL qui cõtinẽs extitit et cælestibus uisionibus uacauit, significat cõtinẽtes et uirgines, qui uacãt contẽplationi

*& orationi.* HIOB *coniugatus & tribulatus, per quem boni coniugati, in summis tribulationibus ærumnis & miserijs stantes, significantur. Isti tres sunt* Petrus, Iacobus, Iohannes. *Qui intersunt resuscitationi puellæ, & transfigurationi diuinæ*, Marc. 5. Math. 17. *&c.* Petrus *enim seu* Symchon Hacæphi, *rector ecclesiæ & princeps Apostolorum.* Iacobus *seu* Iahacobah, *luctator in pugna tribulationum.* Iohanah *seu* Iohannes *Archigrammateus Christi, uirgo sublimatus ad intelligentiam cælestium uisionum.* Petrus *in agro dominico excolendo exercetur.* Iohannes *in lectulo contemplationis & quietis meditatur.* Iacobus *in mola tribulationum premitur, sicuti*
Math. 24. *scriptum est, duo erunt in agro, unus assumetur, & alter relinquetur: duæ erunt molentes in mola, una assumetur & altera relinquetur,*
Ezech. 13. *duo in lectulo, &c.* Vel per istos tres. Noë, Daniel, & Hiob, *Significantur,* Incipientes. Proficientes. Perfecti. *Hi omnes uno nomine*
Ossa ecclesiæ. *ossa ecclesiæ dicuntur, debent enim sicci esse castitate,* Concaui humilitate. *medullati charitate,* Fortes patientia: De huiusmodi *oßibus* Ezech capi. 37. *Ossa arida audite uerbum domini. Hæc dicit dominus deus oßibus his, Ecce*

ego

ego immittã in uos ſpiritũ et uiuetis, & dabo ſuper uos neruos, & ſuccreſcere faciam ſuper uos carnes, & ſuper extendam in uobis cutem, & dabo uobis ſpiritum & uiuetis, &c.

## Vaſa eccleſiæ.

IN magna domo, inquit Paulus, 2. Timoth. 2. non ſolum ſunt uaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia, et quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Noſtrum igitur erit operam dare, ut ſimus in eccleſia uas aureum & argenteum: uaſa aurea ſunt pij qui ſunt aurei per ſapientiam, & argentei per doctrinam ſicut Paulus de quo in actis cap. 9. Vas electionis mihi eſt iſte. Et Eccle. 51. Quaſi uas auri ſolidum, ornatum omni lapide præcioſo, &c. 2. Timoth. 2. In eccleſia tria ſunt, inquit Hiero. ſuper locum 1. Corinth: 3. genera bonorum: Eſt bonum, melius, optimum. Tria ſunt è contrario genera malorum: malum, Peius, peßimum. Prima auro, argento, uel lapide precioſo. Secunda lignis, fœno & ſtipulæ comparantur, &c. Vaſa lignea autem & fiſtilia ſunt impij incendijs apti & fictiles, fractionibus propinqui, 2. Corint. 4. 1. Theſſal. 4. Vult ergo Epilogizare Agoniſta,

Vaſa aurea.

Lignea uaſa.

ficut fictilia uasa prosunt in domo, ita hæretici prosunt bonis, 1. Cor. 11. Psa. 67. Apertius: Malum non est, lupos, leones, ursos esse: sic & expedit ecclesiam ab hæreticis sollicitari, oportet ut fiãt scandala, sed Væ per quẽ. Breuiter: Vas aureũ is est, inquit Basilius (claruit anno 380.) ho. 9. qui mente moribusq; simplex ac sine dolo est. Argenteum item, qui illo paulò est inferior dignitatis ac pretij æstimatione. Testaceum est ac figulinum qui terrestria sapit. Ligneum qui igni æterno materiam præbet. Iræ uas est, qui omnem in se diaboli operationem suscipit, &c.

## S. ROMANÆ ECCLESIAE, ET HVIVS EPIscopi quanta Authoritas.

AVthoritatis S. Romanæ ecclesiæ meminit D. Hie. (uixit anno 422.) ad Theophylum Episcopum Alexãdrinum. Sed tamẽ scito, inquit, nobis nihil esse antiquius, quàm Christi iura seruare, nec patrum transire terminos, semperq; meminisse Romanam fidem, Apostolico ore laudatam, cuius se esse participem Alexandrina ecclesia gloriatur.

Eccle-

# Ecclesia Constantinopoli. Ce- dit ROMANAE.

ROMANAM SEDEM *esse primam omnium ecclesiarum, declarãt Achatij episcopi Constantinopolitani, et Timothei uiri doctißimi scripta, quibus rogatur Simplicius põtifex Max. ut Petrũ Alexandrinũ episcopũ Euthicetes imitatorem hæreseos damnet, anno* 471.

*Sic anno domini* 1433. D. *Iohannes imperator Græcorũ: Iosephus patriarcha Cõstantinop. Archiepiscopus Trapezũtinus, Ephesinus, Chistensis, Heracliensis, Monenbußiensis, Sardensis, Nicenus, Nicomediensis, Tornobensis, Lacedemoniensis, Mitilenensis, Noldebacensis, Rhodiensis, Amentesiensis, Suranensis, Nelausenensis, Droniensis, Atheniensis, Corinthius, Magnus Scacelarius, Magnus Cartophilax, Magnus Ecclesiarcha, Protodicus, Nerophilax, etc. (omnes partium Orientalis ecclesiæ, aliter enim senserunt de processione spiritus sancti, ac S. Romana Ecclesia) se Occidentali S. Roma. Ecclesiæ coniunxerunt: Verùm quando soluerunt fidem, (Catholicos Azymitas probrosè & ironicôs blasphemantes, ipsi Fermentarij ueriùs) iusto Dei iudicio à uirga Assur in- seruit-* EX, & PER, Græcos & Latinos discreuit. Anno 1453

*seruitutem Babylonicam protracti sunt: ecce quàm rectum iudicium Dei?*

## Orientis episcopi obseruant S. *Romanam ecclesiam.*

*SIc & Orientis Episcopi fatentur et ebuccinant S. Roma. Ecclesiast. esse munificam: & eandem matrem Apostolica cura refertam, intonant. Tripar. Histo. libr. 4. ca. 16. Ex extremo etiàm Oriente Episcopos obedientiam præstare consueuisse sedi Apostolicæ, ostendit Campensis eccle. Hier. lib. 4. cap. 10. &c. Ex quibus apertißime demonstratur etiam ab initio cõstituta iam Ecclesiasticæ hierarchiæ forma totius ecclesiæ curam, omnesq; toto orbe difficiliores ecclesiasticas causas relatas fuisse ad S. Romanam sedem, &c.*

## Pontifices Aegyptiorum pro *S. Romana Ecclesia.*

*S. R. E. matrem & caput esse omnium ecclesiarum, confirmant scripta Pontificũ Aegyptiorum ad Marcum PP. Sicut enim cardine, inquit Anacletus, ostium regitur: Sic huius*

*ius sanctæ sedis authoritate omnes ecclesiæ dispo nente domino reguntur, &c.*

## Iohannes Husz S. Romanam
### *Ecclesiam commendat.*

S. R. *Ecclesiam esse uniuersalem, & alias ecclesias omneis excedere* Iohannes Husz *tribus causis probat* 1. *Quia gẽtes loco* Iudæorum *adiũcti sunt* Ecclesiæ *sub* Romano *imperio.* 2. *Quia maior multitudo martyrum ibi triumphauit, quàm in alia ciuitate.* 3. *Vt innotescat, quod non locus siue antiquitas, sed fides formata fundat.* Hæc ille.

## Verba M. Lutheri pro S.
### R. Ecclesia.

L*Vtherus etiam in plerisq; libris confessus est, nemini licere à* Romana *ecclesia dissentire aut discedere, id quod in resolutione* XIII. Propositio: *Sex probauit rationibus.* Itidem *fecit in declaratione quorundam articulorum, maxime uero, in* Commẽtario *super* Epistolam Pauli *ad* Galatas, *ubi sic ait circa sextum caput.* Consequens est, *quòd* Bohemorum *dissidium*

dium à Romana ecclesia, nulla poßit excusatione defendi, quin sit impiū, & Christi omnibus legibus contrarium, quia contra charitatem, in qua omnes leges sumantur, perstat.

Et idem Luther Protestatus præsentibus Cæsarianis Augustæ Vindelicorū, coram Legato S. Apostolicæ Thome Caietano TT. S. Sixti Cardinalem, his uerbis. EGO protestor me prorsus nihil dicere aut tenere uelle, nisi quòd in & ex sacris literis primo, deinde ecclesiasticis Patribus ab ecclesia Romana receptis, hucusq; seruatis, & ex Canonibus ac Decretalibus pontificijs habetur, & haberi potest, &c. hæc Luther excucullatus.

Anno domini 1518.

Et Idem Martin Luther, ad pontificem Leonem decimum de indulgentijs scribens, in fine præfationis sic se remißè submittit. Quare Beatißime pater, prostratum me pedibus tuæ beatitudinis offero, cum omnibus quæ sum & habeo. Viuifica, occide, uoca, reuoca, approba, ut placuerit. Vocem tuā, uocem Christi, in te præsidentis & loquentis agnoscam, hæc ille pro summo Romano Pontifice, Anno 1518. At P. Melanchton Brettanus reluctatur, sic enim suum calculum adiecit. Vindicare Germaniam, inquit, à pontificia tyrannide, & pium & necessa-

Luther se submittit R. Pontifici.

rium

rium est hoc tempore, hæc ille. Ecce spiritus diuisus? Alio in loco affirmat Philippus Pontificem Romanum iure humano præcipuum Episcopum, &c.

## Verba Martin Luthers contra S. Romanam ecclesiam.

AT tamen paulò pôst, ubi fulgurator ille accepit se à LEONE 10. Damnatũ & anathemate percußũ, horum omniũ oblitus, maximè cõmendauit discesſionẽ à S. Romana ecclesia, uocans Bohemos Euãgelicißimos, & dixit generaliter: Beata Græcia: Beata Bohemia: Beati oẽs qui à Romana ecclesia sunt separati, &c.

Articulo 30. assertio: ait. Aliqui articuli Ioannis Husz condẽnati in Concilio Constantiẽsi, sunt Christianißimi, uerißimi & euangelici, quos nec uniuersalis ecclesia posset damnare. Et paulò post idem in eodem articulo recantat Palinodiam Stesichori more, dicens. Erraui, & hunc articulum reuocaui, & adhuc reuoco, in hoc quod dixi, aliquos Articulos Ioannis Husz esse euangelicos, &c. & sequitur. Proinde non rectò faciunt, qui me Hußitam uocant. Non enim mecum ille sentit. Iohannem Husz (contra Lu- Luther dicit se errare.

the-

*therum.)Bastian meier Zuinglista Bernensis cũ Bullingero, Euangelicæ ueritatis adsertorem uocat, &c.*

*Vide obsecrò, candide lector, quomodo ut luna mutatur Lutherus: intuere subitam Pythagoricam μετεμψύχωσιν hominis, uersipellem uersicoloris Polypi animum, qui quod ore palam protestatus postmodũ mire insequutus est, quãtum in ipso fuit: sed scriptum esse scimus. Ab Aquilone pandetur omne malum super omnes*

Hiere.1. *habitatores terræ. Et Iesaias. Ab Aquilone enim*
Esai.14. *fumus ueniet, & non est qui effugiat agmẽ eius.*
Zach.2. *Et alio in loco scriptura. Ventus turbinis ueniebat*
Ezech.1. *ab Aquilone, &c. Et sicut Hiæna seu ichneumon, nunc mas est, nunc fœmina. Ita ille pentaglottus (hircoceruus & tragelaphos) sui dißimilis,*

Lutherus anguilla lubrica. *calidum et frigidum ex uno ore, satyri in modum, efflat Protheus, &c.*

*Ite nunc, & hunc uestrum Prophetam, scilicet (quem quidam credidere à λουτρὸν quod est lauacrum, uocatum: Fuere nonnulli qui ipsum, alytron seu prætium appellarunt: Alij dictum à litrosi, perfectam liberationem significat, existimauerunt, &c.) Laudibus efferte mendacißimis in cœlum, credite eũ uobis de cœlo lapsum, sancto spiritu eius obumbrate imaginem: Euangelicum*

*cum uirum prædicate: diuinum hominem dicite: tanquàm aheneum murum immotum constitisse ebuccinate: spargite flores, date lilia, ponite statuas, illi uestro duci, &c.*

*Ad hanc igitur S. Romanam ecclesiam (inquit Irenæus aduersus hæreses Valēt: & similium li. 3. cap. 3.) propter potentiorem principalitatē necesse est, omnem conuenire ecclesiam, hoc est omnes, qui sunt undiq; fideles, in qua semper ab ijs, conseruata est ea, quæ est ab Apostolis traditio, &c.*

*Cæterum de Romanæ sedis præstantia, uide Anacletum in fine 1. Epistol. Et Zepherinum PP. ad Episcopos Sicilienses. Bonifaciū in Epistola ad Eulalium, Alexandrinum Episcopum. Vigilium in epistola ad Eutherum, &c. Innumeros prudens transeo, sunt enim omnia diffusiori stilo et pinguiori Minerua, à doctioribus grauissimis uiris dudum conscripta, &c.*

*Hæc ergo S. R. E. Spiritus sancti discipula, & malis probibita, Matth. 18. &c. Semper immaculata permansit: & domino præuidente, & B. Petro Apostolo opem ferente, in futuro manebit, & sine ulla impiorum insultatione, firma & immobilis, Marpesia cautes, omni tempore persistet. Referant Iudæi suam fidem ad Abra-*

*ham, nos referimus fidem nostram ad D. Petrũ. Et sicut sani Iudæi non reijciunt Deum patrem, dicentes: Patrem habemus Abrahamum: Ita & nos non reijcimus Christum, ( cum huius sponsa unica. ) dicentes. Patrem siue summum pastorẽ habemus Petrum. Petrus enim, ecclesiæ primus antistes, quoniam fide præstabat, inquit Basilius cõtra Eunomia: lib. 2. Ecclesiæ in seipso ædificationem suscepit.*

Ecclesiá domino fundata.

HAEc, *inquam*, S. *Romana ecclesia* ( *Rachel. quam dilexit plurimum* Iaacob, *Hiero. ca. 12. in* O*se*. E*t quæ est à domino fundata*, *Mat. 7. 16. 1. Corint. 3. Ephes. 2. 1. Pet. 2. Act. 9. 14. 20. etc.* ) *mater est omnium ecclesiarum Christi, quæ per omnipotẽtis Dei gratiam à trinitate Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæresiotarum nouitatibus deprauanda succubuit, sed ut in exordio normam fidei christianæ percepit ab authoribus suis apostolorum Christi principibus, illibatæ fidetenus manet, secũdum ipsius domini saluatoris diuinam pollicitationẽ, qui discipulorum suorum principi in suis fatus est euãgelijs, Petre, inquiẽs, ecce Sathan expetiuit uos, ut cribraret, sicut triticũ, ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua.*

HAEC

HAEC illa uinea Zebaoth, Quam ısch zemach in Canticis sponsam: columbā, etiam dilectam suam uocat, cap. 2. & 5. Cui qui detrahunt, inquit Irenæus lib. 4. cap. 37. incusant & irrident, non erunt mundi, &c. Quæ ad omnes fortunæ incursus, animum armare solet, optima consolatrix: extra quam nulla fides, sed opinio & error. Quam etiam speciali priuilegio decorauit dicens. Amen dico uobis, quia non præteribit generatio hæc, Ecclesiam denotans, donec ista omnia fiant. Adhæc, Quærente, IESV quis esset, respondit Simon Petrus, & ait. Tu es Christus filius Dei uiui: Cui respondit σωτὴρ: Beatus es Simon Bar iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est, et ego dico, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Alexandriam: Ephesum, Anthiochiam, &c. expugnauit aliquando hæreticorum furor. At S. Romanæ Ecclesiæ (quā elegit præ participibus suis) inconcussam fidem nulla unquam uiolauit impietas, nullum de ea spolium hæreticorum superbia seu mothōnia reportauit, defecit Achaia, ubi Andreas. Asia, ubi Ioānes, India, ubi Thomas. Persia, ubi Simon & Iudas. Aethiopia, ubi

Id est, uit germen, Zach. 3.

Matth. 24.

Matth. 16.

Exitiū ecclesiarum, quæ se separauerūt à Cathedra Petri.

*ubi Matthæus. Hierosolyma, ubi Iacobus. Græcia, ubi Paulus. Phrygia, ubi Philippus. &c. Vbi sunt ecclesiæ Aegypti, Alexandriæ: Pentapolis: Syriæ: Cananeæ, Astalonis: Cæsareæ: Gigibet, Edesse, Nicopolis, Scitopolis, Ieropolis, Adrassonis, Sarreptæ: Beriti, Bosciæ, Nilonis, Chalcedonis, Nicomediæ: Thessaloniæ, Athenarum, Selonæ, Bethsaide: &c. ubi 100. Ille & 53. Cathedrales ecclesiæ, quæ olim sub Antiocheno fuisse commemorantur? S OLA immobilis stat CATHEDRA PETRI in ecclesia Romana, quæ uniuersalis est, et cui aliæ subijciuntur: Machinamenta quidem cōtra eam præparantur, sed turris illa non elidetur: Hanc hæreseon corruptio nunquàm fermentauit. Hæc hæresiarchas nullos unquam produxit: Quod si mentior, argue mendacium meum. Quisquis itaq; hanc Christi sponsam in hijs quæ ad fidem pertinent: uel acceptandis uel reprobãdis exorbitare posse impudenti ore asserere non uerетur, is fidei catholicæ principia demoliri conatur, &c.*

Vide Dionys. ad Stephanum Episcopū Rom. &c. S.R.E. nūquàm hæretica fuit.

## Contra negantes S. Romanam ecclesiam.

S.R. E. *meminit* D. B*ernhardus super* C*an.* S*erm.68.* T*olle hanc ecclesiā, inquit sanctus uir, & frustra inferior illa creatura reuelationem filiorum* D*ei expectat.* T*olle hanc, & nec* P*atriarchæ, nec* P*rophetæ aliqui consumabuntur, cum* P*aulus asserat* D*eum ita pro nobis prouidisse ne sine nobis consumerentur.* T*olle hanc, & ipsa sanctorum angelorum pro imperfectione sui numeri gloria claudicabit, unde postremo dabis mihi lactentes infantes, quorum ex ore laudē suam perficiat* D*eus.* C*œlum non habet infantes, habet* E*cclesia, quibus dedit nobis lac.* P*otum dedi, non escam quos per lauacrum regenerationis in* C*hristo genuit per fidem suā cum nec haberent, nec fine fine ecclesiæ sufficeret aliena, hi ad laudem donec ueniat qui in conspectu angelorum psallant sibi dicentes.* L*etati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quidem uidimus mala.* H*oc genus letitiæ angeli nescierunt nisi per filios* E*cclesiæ.* O*mne opus electorum est laudare* D*eum, sed deest laudi, si desit qui dicat.* T*ransiuimus per ignem & aquam & deduxisti nos in refrigerium, quod utique habet facere* E*cclesia, hæc ille claruit anno 1140. &c.* Opus electorum. Psal.65.

PRIMATVS

# Sedis Apostolicæ, & PETRI.

PETRVM S. R. E. *tanquàm magistram præ cæteris primitus rexisse unanimi consensu omnes* Doctores *ecclesiastici, uiri sancti & martyres, approbant: Præfuit enim Ecclesiæ Bea.* PETRVS *Apostolus secundum* D. Hieronymum, *annis* 27. & *secundum* V. Bedam, *annis* 29. *( discordia scriptorum in tempore, non infirmat fidem rei gestæ.)* Tenuit *Pontificatum in Oriente, secundum* D. Hierony. *annis* 5. & *secundum* Bedam 7. *annis.* Deinde *ueniens Antiochiam urbem Syriæ, ( cuius meminit Ammianus libr.* 14. & Mela *libr.* 1. *Geogra. ) Sedit ibidem annis* 7. Docens *populum uiam ueritatis: prædicauit etiam in Ponto, Galatia, Capadocia, Asia & Bithinia, quibus postea de* ROMA *epistolas direxit: Simonem magum ( de quo Tertullian. libr. de hæresibus ) confutauit, & de Roma fugauit, discipulos diuersos diuersis prouincijs ad conuertendum populum misit, & fidem Christi gloriosè, gloriosus athle-*

*ta Christi in diuersis regionibus dilatauit.* *Tandem post multa sanctitatis insignia, cum* Romæ *sedisset annis 25. mensibus 7. diebus* 8. *Martyrizatur à* Nerone, *adiuncto comite suo coapostolo*, Anno *mundi* 5232, *testatur* Aegesippus, *qui sub* Aniceto *uenit* Romam, *anno domini* 160. *&cæt.* De *excidio* Hierusalem. Et *eundem secutus anno* Domini 250. (*alij tantùm* 200.) Tertullian. *libr.* 3. *aduersus* Marcionistas, *eadem confirmat.* Scribit Ioachimus Perionius Benedictinus Cormaricianus, Petrum (*&* Vicarium Christi *& synstauromenon, id est, concrucifixum*) *à* Nerone *supplicio crucis, inuerso capite, quod indignum se esse diceret, qui ita ut* Christus *moreretur, affectum fuisse: Sepultus in* Vaticano *uia* Aurelia *secus hortos* Neronis, *non longè à uia triumphali, quæ ad* Apollinis *templum ducit*, 3. Calend. Iulij. SIC ERGO *ambo iactis iam ualidis religionis fundamentis, sunt martyrij coronam adepti*: Quod *uerum esse testatur idem* Tertullian. *libr.* 4. Aduersus Martionem *scribens.* Videamus, *inquit, quod lac à* Paulo Corinthij *hauserint, ad quam regulam* Galatæ *sint recorrecti, quid legant* Phi-

Vide Casensem li. 3. ca. 14. q illã materiam pingui ori minerua uẽtilat.

Vide Caiũ historicũ in proculum quẽdam Cataphrygũ disputãtem.

*lippenses, Thessalonicenses, Ephesii, quid etiam* Romani *de proximo sonent, quibus* Euan*gelium & Petrus & Paulus sanguine quoque suo signatum reliquerunt, &c.* Hic PAVLVS *omnibus salutatis Christianis, lictori ceruicem & iugulum præbuit, ex ceruice cum securi percussus esset, pro sanguine lac, quasi integritatis & innocentiæ signum fluxisse dicitur: Funeratur uia Ostiensi, anno post mortem Christi 37. &cæt. Cur autem uas electionis dicitur? nempe quia legis & sanctarum scripturarum armarium, inquit* Hiero. *ad Paulinum. Qui plura de sanctißimis Apostolis Petro & Paulo legere concupiscit & desiderat, Legat Egesippum li. 3. ca. 2. &c. ad institutũ. Sic idem Tertullia. in libr. de præscriptionibus hæret. ait. Clementem à Petro initiatum, quo nemo homo poßit ambigere eos Apostolos apud* Roma*nos authores religionis fuisse, &cæ. Sic ergo duæ oliuæ, Apocalypseos 11. à quibus profluxit oleum benignitatis & lenitatis per salutarem doctrinam uitámque sanctam gerentes mundo mortui, Christo uiuunt.* PETRVS *autem græcis saxum, uelut Cephas Syro sermone soliditas, solidus enim fuit Petrus in confeßione ueritatis: Sed audiamus pinguiori*

Doctor Petrus circũcisionis, Paulus gẽtium.

Euseb. lib. 2. cap. 12.

Petræ nomẽ conuenit Petro.

*guiori minerua, quomodo* Petro *hoc petræ nomen conueniat,* Ambros. in Ser. *de fide* Apostoli Petri (*quod Chaldæi Cepha, hoc ipsum Græci* πέτραν *uocant, nox saxum*) 47. *Dicentem.* Petrus *deniq; pro soliditate deuotionis ecclesiarum petra dicitur, sicut dominus:* TV ES PETRVS *& super* HANC PETRAM, *&c.* (*exponit* D. Hieronij: *id est, Super te, & tibi dabo claues, &c.*) Petra *enim dicitur eò quòd primus in nationibus fidei posuerit fundamenta, & tanquam immobilis lapis totius fidei negocium compagem molemq; contineat, petra ergo pro deuotione* Petrus *dicitur, & petra pro uirtute dominus nuncupatur* 1. Corinthi. 10. Bibebant *autem de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus.* Recte *ergo meretur consortium nominis, qui consortium meretur et operis.* In *eadem enim domo* Petrus *lapidem angularem seu fundamentum iecit,* Petrus *plantat, dominus incrementum dat, irrignum subministrat,* Petrus *cum suis tentationibus proficit, fletibus suis gaudet, periculis suis crescit:* Petrus *caput* Ecclesiæ: Petrus *respectu supremi capitis membrum ecclesiæ.* Petrum *alijs omnibus* Apostolis *præfuisse, confirmat* Cyrillus *in* Euange. Ioan. *libro* 2. *capite* 2.

*Christus, inquit, Petrum instruit, eum se esse, qui cuncta, etiam antequam fiant, nouit: nec Simon fore iam sibi nomen, sed Petrus praecidit, uocabulo ipso commodè significans quod in eo, tanquam in petra, lapideq; firmißimo suam esset aedificaturus Ecclesiam. Et alio in loco, Apostolorum principem eum uocat. Ambrosius uocat Petrum praecipuum Apostolum, huic enim dominus curam uniuersalis ecclesiae commisit. Gregorius Nazianze. ora. 21. ait. Hic petra uocatur, et illi fundamenta ecclesiae concreduntur. Hilarius super Psalm. 31. Petrum uocat primum confessorem Christi, fundamentum ecclesiae, & ianitorem caeli. Iterum idem super Psal. 141. uocat eundem Apostolum firmam petram ecclesiae superaedificandae. Et August. in Iohannē dicit. Petrus natura unus erat homo: gratia unus Christianus: superabundantiori gratia unus idemq; primus Apostolus, &c. Quàm celebris primatus Petri sit in Euangelio, uide Mat. 16. Ioan. 21. Luc. 22. Actor. 15. Ephes. 2. &c.*

Ego Romam *(arcem omnium gentium) propterea, inquit* D. *Chrysosto. hom. ult. in cap.* Roman. 6. *diligo. Nempe à magnificentia, ab antiquitate, à pulchritudine, à multitudine, à poten-*

*à potentatu, à diuitijs, & à rebus in bello fortiter gestis, sed relictis istis omnibus ob id, illam beatam deprædico, quod erga illos* (*Romanos*) *Paulus dum uiueret, adeò fuit beneuolus, adeò illos amauit, coràm disseruit, & postremò uitam apud eos finiuit. unde & ciuitas ista hinc facta est insignis, plusquàm à reliquis omnibus. Et quemadmodum corpus magnum ac ualidum duos habet oculos illustres, sanctorum uidelicet illorum* (*Petri & Pauli*) *corpora. Ita cælum non splendescit, quando radios suos sol ex sese dimittit, quemadmodum* Romanor. *urbs, duos illos lampadas ubiq; terrarum effundens. Hinc rapietur Paulus, hinc Petrus. Considerate, & horrete quale spectaculum uisura sit* Roma, *Paulum uidelicet repente ex theca illa cum Petro resurgentem in occursum domini sursum ferri. Qualem rosam Christo mittet* Roma? *Qualibus coronis duabus ornatur urbs ista? Qualibus cathenis aureis cincta est? Quales habet fontes? propterea celebro hanc urbem, non propter aurum, non propter columnas, neq; propter aliam phantasiam, Sed propter columnas illas ecclesiæ, hæc ille, Columnas fuisse*

Vrbem Romanã uocat Erasm. Roterod. arcem & culmen Christianæ religionis in Epist. ad Grimanum Cardinal.

Columnæ Eccles.

*fuisse ecclesiæ hos duos Apostolos testatur Ambros. super psalm. 118. &c.*

*Gregorius itidem (quem anno domini 1545. Catholicum* Rom. *Ecclesiæ episcopum* Luthe*rus pronunciauit) de primatu* Petri *scribens in parte 2. sui* Regesti: Epist. 34. *ad* Columbum *episcopum, ait.* Nos *qui licet immeriti sedem Apostolicam uice* Petri *Apostolorum principis suscepimus gubernandam, ipso pontificatus tempore cogimur generali hosti, quibus ualemus nisibus obuiare.*

*Sedem* Romanam. *Petro esse dicatam seruataq; testatur August. de agone christiano capite 30. dicens.* Non *sine causa inter omnes apostolos huius* Eccles. *Cat. personã sustinet* Petrus. Huic *enim ecclesiæ, claues regni cælorum datæ sunt.* Et *idem* Hipponensis, *contra literas* Petiliani, *lib. 2. cap. 51.* Quid *tibi fecit cathedra, in qua* Petrus *sedit, & in qua hodie Anastasius sedet?*

Clemens Apostol. tempore.

Symehon hacæphi, *inquit* Clemẽs, *epi. 1. ad fratrem domini, ueræ fidei merito, & integre prædicationis obtentum, fundamentum esse* Ecclesiæ *definitus est. hæc ille.*

Ambros. anno 380.

Petrum *inquit* Ambros. *in* Luc. *cap. 24. amoris sui uelut uicarium reliquit.*

Petrus *sanctus magister, & princeps Apostolo-*

*ſtolorum, de Antiochia utilitatis cauſa translatus eſt Romam, ut ibidem potius proficere poſſet, inquit Antherus epiſtola de translatione epiſcoporum.* Antherus.

E T *Auguſtinus tracta.* 56. *in euangelion Ioannis inquit. Quis neſciat, primum Apoſtolorum eſſe beatißimum Petrum: hactenus ille.* Auguſtin. anno 430.

*De primatu D. Cyprianus, lib.* 3. *Epiſt.* 2. *ad Cornelium ſummum pontificem. Nos Cornelium, inquit, Epiſcopum ſanct. cathol. eccleſiæ erectum à deo omnipotenti, & Chriſto domino noſtro, ſcimus: Nos errorem noſtrum confitemur, circumuenti ſumus perfidiæ loquacitate, factioſa amentes, uidebamur quaſi quãdam communicationem cum ſciſmatico homine habuiſſe ſyncera tamen mens noſtra ſemper in eccleſia fuit, nec ignoramus Vnum deum eſſe, & unum Chriſtum eſſe dominum, quem confeßi ſumus, unum Spiritum ſanctum, unum Epiſcopum in eccleſia catholica eſſe debere. hæc Cyprianus martyr, Et alio in loco Idem, unitatem eccleſiæ dependere dicit ab unitate Epiſcopatus Petri.*

*Quòd ſi Petro oratio eccleſiæ proficit, acto.* 12. *& columnam illam, tu contemnis ac negligis? Chryſoſt. ibidem.* Claruit anno 403.

*Aurelius Mundius Carthaginenſis concilij*

*Præſes*

Augustin. *prasés noluit Pelagium & Cælestinum, hæreticos declarare absq; consensu* Romani *Pontificis, cuius authoritas est, inquit Augusti. in Epistolis, epistola 90. &c.*

Ambrosi. *Ambrosius lib.* Hexa. *5. cap. 24. de sancto* Petro *ait. Ipse ecclesiæ petra culpam suam diluit.*

Athanasius anno 334: uide Io. Aretinum. *Vniuersalis Ecclesia, inquit Athanasius ad Liberium Papam, uobis in Christo est commissa, ut pro omnibus laboretis, cunctis opem ferre non negligatis.*

Arnobius *S. Petrum uocat Arnobius psalm. 138. Episcoporum Episcopum, &c.*

*Scimus (dixerunt* Episcopi *Aegyptiorum) in* Nicæna *magna synodo, 318. Episcoporum, ab omnibus concorditer esse roboratum, non debere, absq;* Romani *pontificis sententia, Concilia celebrari, neq; episcopos damnari.*

Episcopi *Carthaginen: Synodum postulant authoritate* Romani *Episcopi confirmari, & hoc nomine etiam ad* Innocentium *Pontificem* Romanum *literas destinant, sicut hæc habentur apud* D. *Augustinum epistola 90. &c.*

Obserua. *Quid est, inquit* D. *August. tracta. 10. in Canonicam* Ioannis *1. Super hanc petrā ædificabo ecclesiā meam? Super hāc fidem, super id, quod dictum*

*dictum est. Tu es filius dei uiui, hæc ille. In illis certè uerbis domini latet cælestis uis quædam uiua & efficax, quæ legentis animum (si modò illas pure humiliterq; tractauerit) in diuinum amorem mirabili quadam potestate transformat, &c.*

*Summa: discurre per cæterorum Apostolorum sedes, & iam aut omnes uacuas inuenies, aut non legitimos habere successores: Nec Paulus (qui ob superbiam de sede doctrinæ legalis depositus est: inquit* Beda, *sed mox ob humilitatis subiectionem ad euangelizandam Christi fidem leuatus est) nec* Iohannes: *nec* Iacobus: *neq; cæterorum fermè quisquam, successionem hodie reliquit ullam. Soli* Petro, *sua successio permansit incolumis:* R*ectè igitur Christus dixit:* TV ES PETRVS.

*Fides* Petri *Ecclesiæ est fundamentum, per hanc fidem infirmæ aduersus eam sunt portæ inferorum:* CLAVES *(non tantùm promissæ, sed etiam datæ primo à Christo uni* B. Petro, *& non reliquis Apostolis aut ecclesiæ) sunt potentia & scientia discernendi, quibus dignos recipit Mystes ad ecclesiæ gremium, obluctantes uerò & rebellantes legibus euange-* Eccles. fundamentũ fides Petri. Claues in ecclesia.

*euāgelicis, semel receptis coherceet et excludit à regno, dicente domino* Ioan. 20. *Quorum remiseritis peccata, &c. duabus clauibus scilicet, ut repetam, discretionis, & potestatis, quæ sunt significatæ per claues ostiariorum templi qui immundos abijciebant, &c. ubi etiam notandum iuxta* D. *August. Quòd ecclesia non modo baptizando (ut somniarunt quidam) sed etiàm iudicando & absoluendo peccata dimittit. Sciendū etiam triplex esse genus ligationis: Ligatur enim peccator uinculo culpæ, quando peccat. Vinculo pœne cuius debitor efficitur postea ligatur iniuncta satisfactione uinculo pœnitentiæ, &c.*

In ecclesia triplex ligatio.

*Cæterum nec hoc etiam omittendum, petrū tribus de caussis tentatum fuisse à domino,* Mar. 8. *Mat. 26. primo, ut sciret ex seipso compati infirmitati aliorum.* 2, *ut suprimeretur temeraria presumptio,* Hebreor. 4. *ultimo ut spes ueniæ persimile peccatoribus preberetur:* μεγαλοπρέπεςατ⊕ *enim ille Christus uult infirma curare non abijcere,* Ezech. 18. *Mat.* 11. *&c.*
*Sed ad institutum.*

Petrus cur negare permissus

Ambrosi. exa. li. 5. cā. 24.

*Hoc autem quod ex præmißis authoritatibus liquescit, intelligendum est de spiritu, fide, fiducia, confeßione, profeßione, &c.* Hæc *si abstuleris non remanebit in filio* Ionæ, *quo merito cheno-*

nobos-

nobo ſcceon ſtruas: Chryſoſtomus itaq; dicit, ec-
cleſiam fundatam in confeßionem petrinam, Au
guſtin. in homilia ſuper hanc petram, quam ſci-
licet es confeſſus. Item: ſuper me ædificabo me,
non me ſuper te. Chriſtus itaq; petrarcha: pe- trus petra, Petrus à petra, & non petra à Pe- tro. Chriſtus petra: Petrus eccleſia, inquit Augu ſtin: Recte ergo Petrus nõ ob fidẽ ſed ob fidei cõ
Chriſtus petrarcha Petrus petra.
feßionem clauium accepit promißionem, multi
enim olim crediderunt, at unicus petrus claues,
quando confeſſus eſt, meruit, &c.

De Epiſcopi Romanæ eccleſiæ authoritate, Tripar. Hiſto. lib. 4. cap. 3. & lib. 5. cap. 29. Auguſt. de agone chriſtiano, cap. 30. Cyprian. Epiſto. 11. lib. 3. & lib. 4. Epiſt. 2. & lib. 4. Epiſt. 8. Chryſoſto: Homi. 55. in Math. cap. 16. Orige. li. 5. in Ro. ca. 6. Irenæ. lib. 3. ca. 3. Ter tullian. pag. 109. Hilar lib. 6. de ſacra Triade. Cyprian. lib. 4. Epiſtolarum ad pupianum. Et lib. 1. ad cornelium. Orige. Homi. 6. ſuper Ma- theum. Hiero.: lib. 1. contra pelagianos, & ſu- per Mat. 16. Ambroſ. Sermo. 47. Cyrillum lib. 2. cap. 12. Super Iohannem. Chriſoſt. ſuper Io- hannem homelia 80. de penitentia. Dionyſius cap. 3. de diuinis nominibus Hieronij in. Ezech- ielem cap. 41. &c.

*Iohannes Hus uocat* S. *Petrum, Romanæ ec-clesiæ supremum episcopum, sicut & tota con-fitetur ecclesia. Martin. Luther uerò petroma-stiges populo persuadere conatur* S. PETRVM *nunquam Rhomam uenisse: ecce spiritus diuisus? Iohanni Hus autem consensere, Nobiles milites, militares, & armigeri præclarißimi Marchio-natus Morauiæ, in epistola ad patres concilij Constantiensis, cuius datum Sternberg, an-no domini* 1415. *die & festo sancti Vuenceslai martyrijs domini nostri* IHESV CHRI-STI, *&c.*

*Electores Imperij Romani recognoscentes authoritatem Roma. pontificis, Friderico suc-cessorem delegerunt Henricum, Anno.* 1220.

## ORDO EPISCORVM *succedentium.*

HVic ergo PETRO *successit Linus, &c. unde D. Chrysost. Hom.* 102. *Timoth.* 4. *Aiunt quidam, inquit, Linum, secundum Petrū Romanæ ecclesiæ, Episcopū fuisse, Anacle tus: Clemēs: Euaristus: Alexander: Sixtus, &c. Qui ecclesiā ut studiosißime ita felicißime colue rūt. At unicus zythobibulus apostata cū cōsecta-*

*neis,*

neis, non ueretur insurgere contra sedem Apostolicam et huius rectores, tot retrò seculis cunctis nationibus uenerabilem? Sic etiam Augustinus donatistæ cuidam Epistola 165. ait. Si ordo sibi episcoporum succedentium considerãdus est, quanto certius, & uere salubriter ab ipso Petro numeramus: cui totius ecclesiæ figuram gerenti, dominus ait: Super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferorum non uincent eam: Petro enim successit, Linus, Lino: Clemẽs, Clementi. Anacletus, Anacleto: &c. In hoc ordine successionis nullus donatista episcopus inuenitur: hæc ille, &c.

## CATALOGVS PONTIficum Romanorum à Petro usq; ad Paulum huius nominis 4.

Item.

Farrago succinctè cõplectens quæ à multis sparsim tradita sunt: Recreat enim VARIETAS modo non nimis externa sit & remota.

1. PETRVS, Galileus è Bethsaida, Apostolus et fortißimus fidei Agonotheta, in stadio positus, et uerißim⁹ Christi testis, bonũ certamẽ certauit, Con: Hierosoly. 1. acto. 15.

*tauit, cursum consummauit, fidem seruauit, de reliquo recepturus depositum, crudeli & impio ense trucidatur sacrumq; gutturis organũ quod iugiter nomen Christi personabat præcinditur, anno redẽpti orbis 33. alij 38. sedit an 25 mens. 7. sepultus in Vaticano, aliquot milia hominum conuertit unica contione.*

Anno 33. sub Nerone archityranno.

*Sub Nerone in Alsatia Tribochi ad fidem christianam, à S. Materno (S. Petri discipulo) perducti sunt quamuis cursu temporis religio sit intercepta. Idem S. Maternus urbem Argentinam ingressus, ecclesiam extra portã construxit quæ usq; in hodiernum diem, S. Petri senioris nomen habet. Alteram Basilicam in eiusdem petri honorem prope Molisheim argentinensis diocæseos extruxit, quæ latinè domus Petri, uulgo theutonico* DOMPHIETER: *ibi sarcophagus in quo inscriptum sequens antiquissimis charaæteribus Epitaphion:*

Ecclesia Duphietẽ uocat Bonifacius 8. in quadã Bulla filiã ecclesiæ Molishemensis.

ET MEMORIÆ Terentiæ augustuię cõiugi sanctissimę Iustus Iustinus maritus eius: Ti oceanus & florida matri pientissimæ. hæc parergως.

S. THECLA *uirgo & Martyr passa est apud Iconiũ imperante Nerone christicida, etc.*

S. GERVASIVS *& Protasius passi sunt*

sub

*sub Nerõe circiter annũ domini 57. x. Ca. Iulij patrẽ habuerũt uitalẽ, q Rauẽnæ, et matrẽ Valeriã quæ fide Mediolani ꝑ Christi martyriũ tulerũt.*

Ann. 71. *Vernierus.*

LINVS, *natione Italus de regione Tusciæ, patre Herculaneo, sedit episcopus annis* 11. *mẽs,* 3. *di* 12. *Alij an.* 11. *mẽs:* 4. *di.* 12. *Tẽporibus Neronis: Martyrio coronatur à Saturnino cõsule.* 9. *cal. octob. Irenæ li.* 3. *ca.* 3. *plat. Eus. &c. Ne qua mulier nisi uelato capite templũ ingrederetur ex mãdato Petri cõstituit. Idem ex sacris ordinibus bis in urbe habitis, presbyteros* 18. *Episcopos.* 11. *creauit.*

*Scripsit res gestas Petri, maximè uerò eius contentionem cum Simone Mago:*

Anno 81.

CLETVS, *Natione Romanus, de regione uicopatritij: patre Aemiliano, adhortãte Clemẽte põtificatus onus inuitus suscepit, licet doctrina moribus et dignitate plurimum aput suos ualeret, sedit, an.* 12. *mens.* 1. *di.* 11. *alij* 12. *Temporibus Vespasiani & Tit. anno* 82. *sub domitiano martyrio coronatus V. calendas Maij.*

*Huius tẽporibus fuit Lucas Medicus Antiochẽsis: Græci sermonis apprime doctus, Pauli Apo-*

Variant ibi authores sed in re non admodum perplexa iudiciũ permitto lectoris arbitrio.

S.Lucas. *stoli imitator & omnis peregrinationis eius comes ac socius, uixit annos 83. uxorem habuit in Bythynia, sepultus est Constantinopoli, &c.*

S.Dionys. *S. Dionysius episcopus presbyter &* ELEV=TERVS *diaconus paßi sunt parisijs, sub perse=cutione domitiani* Imperatoris *agente* Fescenino *præfect. paßi sunt autem 7.* Eidus *octobris, circa annū domini 96. ætatis uero dionisij 90. etc.*

S. MARTIALIS *discipulus Christi & epi=*

S.Martia. *scopus Stephani protomartyris consanguineus patre Marcello & matre Helizabeth à tribu* Ben Iamin *ortus, unus ex 72. discipulis Christi in pace quieuit pridie Calend. Iulij anno à paßi=one domini 74. Vespasiani uerò Augusti anno 3. episcopatus autē sui 28. Lemonicè quiescit, etc.*

S.Apolin. S.APOLLINARIS *Episcopus apud Rauennā passus est tēpore Vespasiani imperatoris 10. Cal. Augusti, circa annos domini 70. etc.*

*Anno domini 95. alij 92.*

2. *Clemēs 1. Romanus, qui et uidit Apostolos, et cōsulit cū eis, de regione Cælij mōtis, patre Fausti no Domitiani tēporibus fuit, qui ab Augusto non⁹ Tito succeßit, Neroni aut caligulæ similior, quā patri Vespasiano, aut fratri, etc. Sedit an. 9. mē. 6. di. 7. Alij an. 9. mens. 2. di. 10.* Ad anchoram *alligatus, anno Traiani 3. (Traianus Vlpius Cri*

*nitus*

nitus, Hispanus ex Tudertina, cuius uxor Plotina, anno 100. coronatus Coloniæ Agrippi: moritur lynteria tactus, &c.) in mare proijcitur. uide D. Hieronij in catalo pontificũ. Linũ et Cletũ præmisit ambitionis exẽpli declinatiõe: Clemẽtis honorificã facit mentionẽ in sua ad Philippẽses epistola S. Paulus, cap. 4. uacat sedes di. 22.

Pontificum ornatus instituit: De pontificum ornamentis, & huiusmodi uestium mysterijs uide Polyd. de inuen. rer. lib. 4. ca. 5. Item Innocen. 3. in libello de altaris mysterio, &c. Antiquissimus usus consecrationis sacrorum locorum, uestium, uasorum.

Quòd episcopi Baptizatos Chrismate inungũt, id huius præceptũ est (Hodie quidã, ex cacoangelicis dicũt Confirmationẽ characterem esse Antichristi et aduẽtitiã solennitatẽ etc) Quod autẽ ea ratiõe fit, ut in eos per impositionẽ manus põtificis, spiritus sanctus infũdatur uberius quam ab Apostolis factitatũ, in actis testatur Lucas, uide Poly. li. 5. ca. 3. De CHRismatis autẽ usu (quod fœtidũ rancidũque oleũ excucullatus Lutherus appellat) uide Tol. conc. 1. ca. 20. Itẽ Antisiodorense ca. 6. Dionysiũ in Hiera. eccles: Clementem in recognitiõibus. Cyprianũ in epistola ad Ianuanũ Origenẽ in epistolã ad Romanos. Magnũ Basiliũ, li. de spiritu san. etc. Magnæ uirtutis & profũdi mysterij est VNctio, unde etiam seruator ipse, Confirmationis initium.

Vsus sacri Chrismatis. CHRISTVS (*id est, unctus*) *dicitur Christus unctus spiritualiter Chrismate spirituali: Nos uerò qui opus habemus cæremonijs, Chrismate linimur cũ baptizamur. Rectè ergo Chrisma pro baptizandis omni tẽpore, ad dexteram summi altaris in inciso risco et clausura conseruatur. Sine Chrismate, et episcopi iussione, neq; presbyter neq; diacon⁹ ius habet baptizãdi, uide Hierony. aduersus Luciferianos. Theophylactũ in cap: Lu. 10. de Iustificatione que in Baptismo fit. Itẽ Am. li. 3. de sacra ca. 2. etc. hæc parergôs.*

Chrisma græce, Latine unctio Aug. Tract. 33. in euã. Io.

*Salutationes, que per dominus uobiscũ septies in Missa fiũt, ex lib. Ruth trãssumptæ, Clemẽs et Anacletus interposuere Auba. Boem. lib. 2. cap. 12. &c.*

*Anno 103. alij 101.*

5 ANACLETVS 3. PP. *Natione Græcus, ex patre Antiocho, beati* PETRI *discipulus Camp, sedit an. 9. alij an. 12. mens. di. 20. tẽporibus domitiani. Eus. eccle. hist. lib. 3. ca. 14. sub hoc pontifice Iohannes Apostolus migrauit ad dominum, uacat sedes di. 13,*

Martyr 3. Eidus Iulij

*Barbã itidẽ aut comã ne præsul, neue reliqui sacris initiati nutrirẽt, ex Mosis præscripto, iuxta Apostoli præceptũ, uetuit. Poly. li. 4. cap. 8. Tõdet aũt in ordinatione eccl. clericos et monachos*

Mirandẽ. illud decretum etiam adscribit Aniceto.

*chos significans requiri ab eis uitā mundissimā, ut resectis omnibus carnalibus desiderijs, iugi affe-ctu & cogitatione perpetua, non in terrenis, sed cœlestibus, 1. Corinth. 7. rebus uersentur, ut ea tantum cogitent quæ domini sunt, sancti corpo-re & mente, &c. Decurtare comas uiros, & utrosque in habitu discretos esse Beatus* PETRVS *primum præcepit. Auba. lib. 2. cap. 12. &cæ.*

*Idem Anacletus pp. non esse sacrificandum si-ne arbitris, censuit:* Gratianus *illud præscriptum Sotero attribuit. Mysterium huius rei alio in lo-co pinguiori Minerua tradidimus, &c.*

## Anno 110.

4 EVARISTVS, *natione* Græcus, *ex patre* Iudæo, *nomine* Iuda, *de ciuitate* Bethle-hem: *an. 9. mens* 10. *di.* 2. Tēporibus Domitiani & Neruæ Traiani, *inquit* Platina: *uiuæ hostiæ ca put cruento mucrone rotatur 6.* Calen. Nouem-bris, *uide* Irenæ. *lib.* 3 *cap.* 3. *Eusebius Eccle. hi-sto.* 1. *Secus illius annos prosequitur. uacat sedes di.* 19. *alij* 29.

MATRIMONIA PVBLICA *be-nedixit, uide canones concilij Carthagineñ.* 4. Benedi-ctio cõiu.

Sic autem Synodus ebuccinat. Sponsus & sponsa cum benedicendi sunt à sacerdote, à parentibus suis uel paranymphis offerantur, qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictiõis in uirginitate permaneãt, &c. Vide Ambro. lib. 9. Epist. 70.

Primus item omnium TITVLOS ipsis presbyteris diuisit.

Septem Diaconos instituit, qui ueritatis gratia concionatorem obseruarent, in hoc imitatus Apostolos, Polij lib. 4. ca. 9. de inuẽto. rerum.

Anno 121.

5 ALEXANDER 1. Romanus, temporibus Traiani, sedit an. 10. mens. 7. di. 2. de hoc Eusebius Ecc. hist. li. 4. ca. 4. Cuius sanctißima anima carnis ergastulo fœliciter absoluta, sacri sanguinis imbre purpurata, gloria martyrij coronata, angelico stipata comitatu ascendit ad regem suum, 5. Nonas Maij.

Quid instituerit uide Gratianum: Platin. Sabellicum, &c.

De AQVA BENEDICTA scribit S. ille Alexander. Aquam, inquit, sale conspersam, populis benedicimus; ut ea cuncti aspersi sanctificentur

ac

ac purificentur, quod & omnibus sacerdotibus faciendum mandamus. Nam si cinis uitulæ aspersus sanguine populum sanctificabat atq; mundabat: multo magis aqua sale aspersa diuinisq; precibus sacrata, populum sanctificat & emundat. Et si sale asperso per Heliseum prophetam, sterilitas aquæ sanata est: quanto magis diuinis precibus sacratus sterilitatem auferet rerum humanarũ, & coinquinatos sanctificat, mũdat & expurgat, & cætera bona multiplicat, & insidias diaboli auertit, et à phãtasmatis & uersutijs eius homines defendit. Nam si tactu fimbriæ uestimenti saluatoris saluatos infirmos non dubitamus, quanto magis uirtute sacrorum eius uerborum diuinitus sacrantur elementa, quibus sanitatem corporis & animæ humanæ percipit fragilitas? Aquæ benedictæ usus antiquissi.

Anno 129.

6 SIXTVS, siue Xystus, Romanus temporibus Adriani: sedit an. 10. mens. 3. Euseb. Eccle. histo. libr. 4. cap. 5. martyrizatus 8. Idus Aprilis, Vacat sedes di. 2. &c. Hic Gallos in fide continuit.

A Sixto habuerunt initia MISSARVM SO

*Eusebius lib. 4. cap. 10. uacat sedes di. 7.*

*Huius tēporibus inualuit* Valētiniana *hæresis.* Valētinianī hęretici

*Hic, sacerdotem ter in* Natali *die diuinā rem tractare statuit, Mysterium huius institutionis indicaui, crassa equidem Minerua, multa enim ab incurioso Chalcographo me absente transposita & omissa sunt, in meis euulgatis lucubratiūculis, quæ nuper diuum auspicijs in publicū prodierunt, &c.* Idem pp. *confirmauit ut 7. hebdomadibus ante pascha ieiunium obseruaretur, etc. non author ieiunij, sed ex actor. Campens.*

*Quid instituerit amplius uide* Aegesip. & *Euseb. in Chronicis.*

*At uerò Telesphorus cum ordinationes 4. mense* Decembri *habuisset, creassetq; presbyteros 15.* Diaconos 8. Episcopos *13. in* Vaticano *sepelitur.*

S. EVSTACHIVS, *rectius* Eustathius, *cum uxore* Thephyta, & *filijs* Agapito *et* Theopisto Romæ *sub* Hadriano *in æneo tauro necati sunt 13.* Calen. Iunij, *circiter annum 140.* S. Eustathius.

*Anno 143.*

8 HYGINVS, *qui &* Iginus, Græcus, *patria* Atheniensis, *patre philosopho,* Antoni-

*tonino pio imperante : sedit an. 4. mens. 3. adduntalij di. 4. sepelitur tertio Idus Ianuarij, uacat sedes di. 3.*

Cõpatres ad Baptismum instituti. HIC PATRINVM & MATRINAM (*sic enim eos appellant, qui infantes tenent, dum baptizantur.*) *Baptismo & confirmationi adhibuit: uide Euseb. 4. cap. 10. Sabelli. Poly lib. 4. cap. 4. & Augustinus de rectitudine Catho. cõuersatiõis, inquit. Filios quos ex Baptismo suscepistis, docete, & castigate, ut semper cũ domino uiuãt, &c. De Baptismi usitatißimis ceremonijs, uide Tertullia. de corona militis pagi. 460. & aduers. praxeam pag. 443. Cyprianum Episto. 12. lib. 1. Origenem in Roma. cap. 6. lib. 5. Chrysostomum Hom. 12. in 1. Corin. 4. & Hom. 40. in 1. Corinth. cap. 15. & Hom. 1. in cap. Ephes. 1. Theophylactum in Luc. cap. 10. Hieronymum in Esai. cap. 55. lib. 15. Augustinum lib. 15. de Trinitate, cap. 26. Damascenum lib. 4. Orthodoxæ fidei, cap. 10. Cyrillum in Euangelion Ioannis, lib. 12. cap. 64. Hilarium Cano. 15. in Matthæum. Ambrosium de spiritu sancto, lib. 2. cap. 11. & lib. 1. Hexametron. cap. 4. Basiliũ de spiritu sancto, cap. 15. Theophylactum in cap. Marci 8. &c.*

*Idem pp. ne templa sine celebratione dedi-*

*caren*

carentur, neue augerentur, diminuerenturq́; sine arbitratu metropolitani, uel Episcopi, instituit.

Vetuit item, ne tigna reliquáue materies ad ædificanda templa congesta, in prophanos usus converteretur, posse tamen ad structuram alterius templi uel cœnobij concedente Episcopo transferri.

Idem, Polycarpum Ioannis Apostoli discipulum, Smyrneũ Episcopũ creauit: De S. Polycarpo uide Euseb. lib. 4. cap. 15. &c.

Anno 147.

9 PIVS 1. Natione Italus, Aquileiensis, Filius Ruffini, M. Antonini Veri tempora attigit: sedit an. 19. Eusebius ponit lib. Eccle. histo. 4. cap. 11. an. 15. Alij an. 11. mes. 4. Martyr 5. Idus Iulij uacat sedes di. 24. &c.

Hic Nouati thermas, diuæ potentianæ dedicauit.

PASCHA ad diem dominicam celebrari censuit, de pasah suo tempore celebrando, uide Concili. Carthagineñ. 4. ca. 65. Toletanum 4. cap. 4.

Quòd uirgines sacrantur, id est, uota castitatis

*stitatis facientes religioni addicuntur, Pij, præscriptum est. Virgines quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteræ sunt, quàm incestæ, inquit* Hie. *lib. aduersus* Iouinianũ, *&c. & quãto uirginitas maior est, & sublimior, tanto maiores sunt & coronæ, & retributiones, & repromissa bona eorum, qui cum hac in alijs bonis operibus se exercent, refert* Chrysostomus, Homil. 17. *in* Gene. *cap.* 4.

S. *Praxedis floret.*

10. S. *Apollinarius Asiæ* Hierapolitanus *episco.*

ANICETVS, *Natione Syrus, sedit ann.* 11. *adijciunt alij mens.* 4. *passus est sub* Marco *& Seuero* 16. Calen. *Maij* Anno Domini 160. *Vrsperge*n. Non enim *oportet pastores* Dominici *gregis tantũ esse* ἀκινήτους, *hoc est immobiles, sed &* ἀνικήτους, *id est, inuictos, &c.* Vacat *sedes di.* 7. *alij* 24.

Episcopũ à 3. cõsecrari inceptũ.

*Hic cauit, à paucioribus quàm tribus ne consecraretur* Episcopus.

*Anno* 168. *alij* 172.

21 SOTER Natione *Campanus, ex* Fundis: *sedit an.* 9. *mens.* 3. *Martyr* 10. *Calend. Maij uacat sedes di.* 21. *&c.*

Nu*a*

*Nuptias in celebritate fieri statuit, Gratia. Volat. Sabelli, &c.* Inthronizatio nuptiarũ solennis.

*Huius temporibus Cataphrygarum hæresis sese extulit è stygijs undis.* Cataphrygæ.

12 ELEVTHERIVS, *Natione Græcus, Nicopolitanus sedit an. 15. Irenæus lib. 3. cap. 3. Martyr passus 7. Calend. Iunij. Claruit temporibus Antonini Commodi, Euseb. lib. 5. cap. 22. Vacat sedes di. 5.*

*L Vcius Britanniæ Rex, huius tempore se ab eo Christianum fieri per Epistolam impetrauit.*

*Huius etiam tempore, Marcionis secta uariè diuisa est.* Marcionistæ.

*Anno 196. alij 198.*

13 VICTOR, *Natione Apher, (sedere cœpit anno circiter 196. à natali seruatoris) sedit ann. 10. mens. 2. Euseb. libr. 5. cap. 28. Hunc quidam sub Commodo martyrem 5. Calen. Augusti dicunt. Vide Polydo. libr. 4. cap. 4: & lib. 6. cap. 7. de inuen. rer. &c. uacat sedes di. 12.*

*Tempore necessitatis quolibet tempore uel loco baptizandum esse censuit.*

*Idem pp. ut pascha à 14. luna primi mensis,*

*Martij, ad 22, contra more Iudæorum celebraretur, idq; die dominica, cum* PIO *(Polydor. lib. 6. cap. 7. Eleutherio adscribit) prædecessori suo confirmauit.*

P. Samosetanus.

*Huius temporibus Hæresis Pauli Samosetani emersit.*

*Floruit Tertullianus.*

14. ZEPHERINVS, *(qui centesimo circiter post anno Anacletum est secutus) natione Romanus, sedit an. 9. alij 18. mens. 7. temporibus Antonini, Euseb. lib. 6. cap. 16. migrauit Kalend. Sebtemb. uacat sedes di. 6. alij 12.*

*Hic grauiores causas ad sedem Romanam deferendas esse censuit.*

*Idem omnibus Christiani nominis, pubertatis annos attingentes Eucharistiæ perceptionem paschali die iniunxit.* FABIANVS *uerò in ordine 21. PP. ut ter id fieret, postea sanxit, Polyd. lib. 5. cap. 11. &c.*

*Calices aureos & argenteos ad usum S. Eucharistiæ, instituit. Alij* VRBANO *1. assignant. Calices in quibus sanguinis Christi consecratio fit, primitus ligneos fuisse satis aperte manifestum est, at id decretum sublatum, propter materiæ raritatem qua liquor imbibitur, &c.*

Quid

*Quid amplius præceperit* Eleutherius *pp. uide* Euseb. *lib. 5. cap. 28.* Platin. *&c.*

Anno 207.

15 CALISTVS (*qui & Calixtus*) *primus*, Natione *Romanus, sedit an. 5. mens. 2. di. 10.* Euseb. *lib. 6. cap. 16. uacat sedes di. 6.*

*Constituit ieiunium 4. temporum, (mysterium ostendimus in alijs scriptis) uide* Poly. *lib. 6. cap. 3.* Platin. *Et* Sabelli. *Item, decreta Concilij Maguntiaci, cap. 34.*

*Idem pp. Cæmiteria instituit. Cæmiterij usum Abrahamo quidam adscribunt, qui dicitur emisse ab* Ephron Etheo *filio* Saor *prope* Hebron, *quadringentis siclis speluncam duplicem, & agrum circa eam, sepelisseq; in ea Saram uxorem suam, in qua & ipse mox recubuit, uide* Iosephum, *&c.*

*Cum excommunicatis omnem conuersationem sustulit.*

*Consanguineis interdixit* Matrimonia.

Anno 230, alij 222.

VRBANVS 1. Romanus, Patre pontiano, M. Aurelio Antonino imperatore fuit, anno Christi 226. ab urbe uero condita 970. sedit an. 8. (Carranza habet ann. 4.) Euseb. lib. 6. cap. 18. Martyrizatus octauo Calend. Iunij sub Alexandro Imperato. Sub quo etiam Calixtus prædecessor eius. uacat sedes di. 30. &c.

Eius tempore ecclesia tēporalia bona et prædia cœpit poßidere, quorum prouentibus alendos statuit ecclesiæ ministros & scriptores, qui hagiologia scriberent, Petr. de Natal. Platin. Sabell.

Ne uasa sacra uitrea, sed aut aurea, aut argētea, aut stannea pauperioribus ecclesijs essent, legem dixit. Pet. de Natal.

Sunt qui Vrbano 1. attribuunt distinctionem 4. temporum ac ieiunij, quæ ante confundebantur hominum imperitia, &c.

Huius temporibus Tryphonē Origenis audi-
Tryphō. torem fuisse constat, qui librum præcipue cōposuit de uacca russa in Deuteronomio.

S. Cyprianus Episcopus & Iustina uirgo, paßi
S. Cypria. S. Iustina. sunt 6. Calend. Octobreis circa annum domini 230. &c.

S. Quiric. S. Quiricus puer & Iulita eius mater apud

*Tarsum Ciliciæ paßi sunt Idibus Iulij, circiter annum domini 230. &c.*

PONTIANVS Romanus, *sedit ann. 9.* 17.
*mens. 5. Hic cum Hippolito presbytero in Sardiniã insulam à Maximino imperatore relegatus est, et ibi 12. Calen. Decembris mactatus: sub quo Imperat. Cosmas & Damianus fratres in Egæa* S. Cosmas et damianus.
*urbe Arabiæ nati, post innumera supplicia capitis obtruncatione martyrio sunt coronati, 5. Calendas Octobreis, &c. uacat sedes di. 11.*

*Hic pp. statuit ut Psalmi die noctuq; per omnes ecclesias decantarentur.* E T *ut ante Missæ celebrationem sacerdos, Confiteor Deo omnipotenti, &c. præmitteret.* CONFITEOR Missæ adiectum.

Anno Domini 239.

ANTHERVS, *Natione Græcus, temporibus Maximini martyrio coronatus, 3. Noñ. Ianuarij, sedit ann. 3. alij 5. (Vrspergeñ. tantum ponit mens. 1. di. 13.) uacat sedes di. 7.* 18.

*Hic gesta martyrum diligẽter exquisiuit, & in ecclesia recondidit. Volat. Sabelli.*

*Constituit Episcopos de sede in sedem transferri posse.*

19 FABIANVS Romanus, miraculose per columbã est electus, Plat. Cornipol. quidã uerò hoc spectaculum in Seuerino accidisse tradunt, Sabelli. sedit an. 14. Abbas Vrspergeñ. cum Eusebio ponit an. 13. mens. 11. adiiciunt alii di. 11. Temporibus Maximini, Volat. ait sub Decio sedisse, martyrio coronatur 13. Calend. Februarii, (Paulus Orosius lib. 12. cap. 18. confert 10. plagis Aegyptiorum decem persecutiones ecclesiæ) uacat sedes di. 6. &c. de FABIANO Hiero. in libro de scripto. Eccle. cap. 21.

Persecutio sub Maximino.

Singulis annis in cœna domini Chrisma ut renouaretur, statuit, Plat. Volat.

Sacerdotes causam dicere, & mulctari in sacro, non prophano foro debere, edixit. Sabell.

Ne uxorem quis ducat intra 5. consanguinitatis gradum, statuit.

Ab hoc primus imperatorũ baptizatus Philippus, Christi fidem amplexus est, Orosius 7. cap. 20. Euseb. 6. cap. 21. & 34.

Nouatiãi. Sub hoc pontifice, Nouatus hæresiarcha.

Agatha, hoc est, bona uirgo. S. AGatha uirgo & martyr passa est. Nõ. Februa. circa annum domini 253. simus & nos Agathi, Agathæ, &c. Huius S. uirginis meminit Raphael Volat. lib. 13. Anthropologiæ, Sabellicus

lib.

lib. 5. exemplorum. Gregorius lib. 1. Epistol. ad Io. Episcop. Surretinum, &c.

20 S. CORNELIVS Romanus, patre Castino, (circiter annum 255.) sedit an. 2. addūt alij mens. 2. di. 3. à Decio martyrio coronatus 3. Nonas Maij, quia noluit ductus ante templum Martis adorare, Euseb. lib. 7. cap. 2. uacat sedes di. 35.

Statuit is pōtifex ne quis à sacerdote, nisi pro fide, exigeret iuramentum, Hiero. in Catalo.

Hic etiam primus omniū in VRBE, 60. Episcoporum, totidem presbyterorum ac complurium diaconorum conuentū fecit, in qua Nouatistæ damnati sunt, Polyd. lib. 8. cap. 5.

Sub Hoc PP. Concilium Carthaginēn. de rebapt. ubi unanimi consensu decretum Ab hæreticis non cōferri uerum Baptisma, Meminit Cyprianus.

Idem corpora Apostolorum Petri & Pauli leuauit.

Circiter annum 258.

21 LVCIVS Romanus, sedit an. 3. alij mens. 5. di. 10. à Valeriano martyrio coronatur: uacat sedes di. 25. alij 30.

Hic Episcopū 30. annis minorē repudiauit, &c.

Idem tres Diaconos et duos presbyteros Episcopo adhærere, ( propter bonū testimonium. ) Statuit. Cornipol. &c.

Excommunicauit bona ecclesiæ expoliātes, in Epist. 1. ad Episcopos Galliæ & Hispaniæ, &c.

Anno 261.

22. STEPHANVS 1. Romanus, sedit an. 7. Alij an. 8. alij an. 3. mens. 2. martyrio coronatur temporibus Valeriani: uacat sedes di. 20. alij di. 21.

Hic pp. pœnitentes non rebaptizandos censuit, Euseb. 7. cap. 3. & 5.

Idem usum sacrarum uestium ad cultum Dei confirmauit.

Circiter annum 268.

23. SIXTVS 2. Natiōe Græcus, patria Atheniensis, ex philosopho Christi discipulus factus est: sedit ann. 2. adijciunt alij mens. 10. di. 23. sub Decio & Valeriano martyrio coronatus, 4. Idus Augusti. uacat sedes di. 35.

Tempo-

*Tempore huius exorta est sabellianorum secta, uide Eus. lib. 7. cap. 4.* Sabellij.

*Idem Sixtus, pater spiritualis S. Laurentij Hispanici martyris statuit Missas super altaria celebrari, Cornipol.* De S. Laurentio August: super Ioh. tract. 27. Amb. li. 2. officij. ca. 28. &c.

24. DIONYSIVS, *Monachus seu Heremita (cornipol. dicit illum martyrem) sedit ann. 6. (alij mens. 2. di. 4.) temporibus Galieni, uacat sedes di. 6, alij. 8.* 24

*Distinxit parochias.* 7. Calend. Ianua. inquit petrus episc. Equilin.

*Huius tempore congregatum est prouinciale concilium in Antiochia, Euseb. lib. 7. cap. 23. polydo. lib. 8. cap. 5.* Conc. Antiochænū.

*Circiter annum 272.*

FELIX 1. *Romanus, sedit an. 4. Eusеb. 7. ca. 30. sub Claudio & Valeriano, uacat sedes di. 5.*

*Hic PP. consulens gloriæ martyrum statuit in eorum memoriam annua sacra fieri: Poly. lib. 6. cap. 8. &c. Cuius meminit Eusebius lib. 7. cap. 27. Hodie certè, pro dolor, festiui dies ludis choreis, amoribus, compotationibus, aleis, pactionibus, atque nundinis peraguntur: Cum tamen non ea de causa constituti sint: dies enim illi pre-* Fertur Anacletus huius rei fuisse primo Author. Festorum dierū abusus. Festi dies quare instituti.

 *cibus*

*cibus ac diuinarum litterarum studijs dandi, &c.* Festū D. *Sixti habes apud Augusti. tractat 27. in* Euan. Io. Festū *inuentionis* S. *Stephani, habes* Tracta. 120. *in* Euā. Io. *etc. hæc parergôs*

Idem PP. *festum dedicationis confirmauit.*

Manichæi *Sub hoc pontifice Manes persa Manichæorum introduxit archisectam.*

*Anno 276.*

26. EVTYCHIANVS 1. *Tuscus, sub Aureliano.* Pla. *an.* 1. *mens.* 1. *di.* 1. *Volat. an.* 8. *mens.* 10. *Euseb.* 8. *mens. Philippus Heremitanus an.* 8. *& amplius ecclesiast. hist. men.* 10, *etc.* *Is temporibus suis per loca diuersa* 342. *alij* 3600. *alij* 344. *Sabellius tantùm* 300. *ponit, martyres proprijs manibus sepeliuit.* Platin. 1. *Vacat sedes di.* 8.

Hic *etiam statuit, ut cum dalmatica aut colobio martires sepelirentur,* Euseb. *li.* 7. *ca.* 7.

*Accusationem coram iudice scripto fieri iussit,* Volat.

Extant *decreta eius apud* Gratianum 20. *q.* 2. *c. statuimus.*

S. Anasta. S. *Anatastasia passa est* 8. Calend. Ianuar. *circiter annum Christi* 280.

S. Cri-

S. Cristina uirgo in Tyro ciuitate Italiæ, passa sub præside Iuliano, sepulta in Tyro ciuitate à Christianis 9. Calend. Augusti circiter annum domini 277. cuius corpus Venetijs in Monasterio Monialium S. Marci quiescit. S. Cristin.

Circiter annum 284. Barthol. Carranza.

27. G A I V S, Dalmata: sedit an. 11. alij 15. alij 10. mens. 4. temporibus Diocletiani Imperatoris: Huius meminit Eusebius lib. 7. cap. 27. Vacat sedes di. 11. &c.

Sacros ordines, & amiciendi usum, instituit Pol. lib. 4. cap. 7. alij IGINIO põtifici aßignãt, cum quibus me cõsentire & annuere minus pænitet, nã sic fieri potuit, ut quod Iginius inchoauerat, CAIVS rite perfecerit, &c.

Idem clericos à seculari iudice exemit. Gradatim ascendere ad sacerdotiũ sanxit. Cornipol. &c.

S. Simplicius, Faustinus, Beatrix Romano nati sanguine, adeoq; Stemmate senatorio, martyrizati sub diocletiano circa annum domini 287. quorum corpora thecis reconduntur in Fuldensi cænobio, &c. S. Simpli.

S. Mauritius cum tota legione Thebæorum, S. Mauri.

*rum, occubuit 10. Calend. Octob. circa annos domini 286. alij 287.*

S.Crispi. *S. Cryspinus & Crispinianus fratres passi sunt in Suessionensi ciuitate Galliæ sub Maximiano imperatore, agente Rictionario præside, passi sunt 8. Calend. Octobris, &c.*

S. Demet. *S Demetrius apud Thessalonicã coronã martyrij promeruit, passus secundũ Vsuardũ 7. Cal. Nouẽb. secundum Adonẽ 8. Idus Octobris &c.*

S.Primus Felicia. *S Primus & Felicianus martyres passi sunt in ciuitate Numentana, circa annũ domini 286. 5. Idus Iunii, &c.*

28 . S MARCELLINVS, *Romanus: patre Proiecto, Diocletiani Dalmatæ obscuro loco nati, & Maximiani temporibus fuit, sedit an. 9. (Alii an. 14. mens. 4.) mens. 2. di. 16. Hic metu supplicii Christum negauit cum Petro & Idolis sacrificauit; postea uerò in Sinuessa urbe congregatis 180. Episcopis, errorem suum dixit, pœnitentiam egit, (à nemine hominum damnabilis se damnauit) ad Ecclesiam rediit: & tandem martyrio coronatus cum Claudio Cyrino, Anthonino Christifidelibus: uacat sedes di. 25.* *(pos 5.*

*Creauit presbyteros 4. Diaconos 2. Episco-*
*Hic titulos 25. in VRBE constituit.*

An-

Ancyranum concilium post tempora Marcellini, circa annum domini 308. Ancyra ciuitas Galatiæ.

Sub hoc pontifice tantam Christiani persecutionem paßi sunt, quantam aliâs nunquam, Platina teste, uide ecclesiast. histor. lib. 8. ca. 2. & 3. &c.

Circiter annum 304.

MARCELLVS, Natione Romanus, patre Benedicto, Ex regione Viæ Latæ, sedit an. 5. alij men. 6. di. 21. adijciunt: à Maxentio damnatus, uacat sedes di. 20. 29

Statuit concilium generale & œcumenicum non posse seruari sine auctoritate Rom. pontificis.

Idem elegit 15. Cardinales, propter sepulturas martyrum, & Baptismum: Cornip.

Ex Marcellino & Marcello quidam unum duntaxat faciunt, ne hic quoq; aliquid offendaris candide lector.

S. LVCIA uirgo Syracusana & martyr, efflauit animam, transfixo gutture, anno domini 310. sæuiente Maximiano & Diocletiano, cuius meminit Hermannus Contractus, &c. S. Lucia.

Anno 309.

EVSE-

50 EVSEBIVS, Græcus: sedit an. 6. mens. 1. di. 3. Volat. & Cornip. an. 2. men. 6. di. 25. Euseb. mens. 7. Alij an. 1. alij 3. alij 2. &c. Temporibus Constantini: uacat sedes di. 7. alij 1. &c.

Episcopos exemit à Laicorum accusatione, excepta fide. Cornip. &c.

Idem qualis esse debeat mensa episcoporum præscripsit, Miranden.

Sub hoc crux domini nostri IHESV CHRISTI. 5. Nonas Maij inuenta est, & festum de ea celebrandum instituit. De signaculo crucis, August. Tracta. in Ioan. Euang. 118. Et in psal. 30. concio. 2. item, in Psalm. 141. & de sanctis sermon. 19. &c.

Anno 312.

51 MELCHIADES, (alij Miltiades) Apher. sedit an. 3. Alij an. 4. mens. 7. di. 9. Martyrizatus iussu Maximiani: uacat sedes di. 17.

Hic ieiunium prohibuit die dominico, & Iouis, quia sacri dies ethnicis, Volat.

Sub hoc confluxit concilium Neocæsariense, &c.

Quatu-

*Quatuor coronati Romæ paßi sunt sub* Dio*cletiano Imperatore , tempore Melchiadis* PP.*cuius etiam tempore floruit* S. *Sebaſtianus.* 4. Coroni. S. Sebaſtianus.

*Anno 324. redempti orbis. Alij 317. Miran. 315. alij 339. &c.*

32. SYLVESTER 1. *Romanus, patre Ruffino: ſedit an. 23. obdormiuit pridie calend. Ianuar. Anno ab* VRBE *condita 1091. temporibus Conſtantini: fuit exul in mõte Soracte perſecutiones fugiens Imperatoris, ubi in cauernis petrarum cum ſuis clericis latitabat, poſtmodũ rediens cum gloria baptizauit Conſtantinum, &c. Vacat ſedes di. 15.*

*Is* PP. *uanorum deorum memoriam abhorrẽs, dies hebdomadæ qui antea nominibus ſolis, Lunæ, Martis, Mercurij. Iouis, Veneris, et Saturni dicebantur, ad numerum feriarum digeſſit, Poly: lib. 6. cap. 5. Feriarum meminit* Bethleemites. *Vna ſabbati dies dominica (inquit* D. *Hiero.) intelligenda eſt: quia omnis hebdomada in ſabbatum, et in primam & ſecundam, & tertiam, & quartam, & quintam, & ſextam ſabbati diuiditur quam* Ethnici, *idolorum elementorum nominibus appellant.* Hiero. Hedibiæ q. 4.

*Idem Syluester rogatu Conſtãtini, diuo Petro* Feſtum S. Petri ad uincula.

*tro Apostolo cõstiuit celebritatem, quæ ad Vincula nuncupatur. De primo festorum instituto, polyd. de Inuen. rer. lib. 6. cap. 8.*

Cõ. Nicænum. 1. princip. *Sub hoc Nicænũ concilium, ubi 318. episcopi interfuere, in quo Arriana, Sabelliana, & Photiniana hæreses damnatæ sunt. Huius concilij dogmata quasi Euangelica recepta sunt. Gratianus dist. 15. Poly. lib. 8. cap. 5.*

Con. Romanum. *Sub eodem PP. celebratum Romanum conc. præsente Cõstantino intra thermas Domitianas cum 275. Episcopis, in quo denuò damnati, Calixtus, Arrius, Photinus & Sabellius.*

*Sub eodem syluestro.*

Elibertinũ *Concilium Elibertinum, 19. episcoporum.*

Arelat. 1. *Arelatense 1.*

Gangrẽse *Gangrense, celebratum circa annum domini 324 in paphlagonia.*

Arelat. 2. *Arelatense 2.*

Cartha. 1. *Carthaginense 1.*

*Aureum diadema gemmis distinctum, Constãtinus Imperator 1, Syluestro obtulit, quod ille nõ recepit, ueluti parum religioni idoneum, phrygia mitra candida contentus: sed pontificum posteritas donum deinde principis haud aspernata est, uide Poly. lib. 4. cap. 7. &c.*

S. Maximini potentissima uetustissimaq; Benedictinæ professionis Monachorum Abbatia, extra urbis Treuericæ nigram uel Martiam portam, in ipso campo Martio, fundatur anno domini 333. Imperij uidelicet Constantini Magni 23. Brusch. Abbatia Treuerica S. Maximini.

Anno 336. Miranden.

MARCVS, Romanus, patre Prisco: sedit an. 2. mens. 8. di. 21. alij di. 20. temporibus Constantini: uacat sedes. di. 15. 33

Hic SYMBOLVM FIDEI cani præcepit.

Episcopo Hostiensi consecrandi Romanum pontificem facultatem concessit.

Quid amplius sub illo actum, refert histor. tripart. lib. 4. cap. 1.

Sub hoc Iuuencus Hispanus præsbyter, genere nobilis, qui tetrauãgelia hexametris uersibus fere ad uerbum transferens 4. libris composuit &c. Moritur 3. Nonas octobris. Iuuencus præsbiter.

Anno 338. Miranden.

34. IVLIVS. Romanus: sedit an. 15. (alij 6) de quo habes hist. tripart. lib. 4. cap. 4. uacat sedes di. 25.

Tria cæmiteria & duas basilicas in VRBE constituit, Plat. Volat.

Sub illo Romana synodus, in qua conuenerunt 116. Episcopi contra Arrianistas.

Eufratacus hæreticus. Amplius sub eodem Colonien. Synodus celebrata contra EVFRATAM Blasphemum & hæreticum, qui Christum negabat deum: Hanc resuscitauit nostris temporibus Seruetus.

Tempore huius Arriana hæresis plurimos læsit.

Concilia celebrata.

Antiochenum.

SARDICENSE, hist. trip. lib. 4. cap. 22.

HIEROSOLYMITANVM.

SYRMIENSE.

35. LIBERIVS, Romanus: temporibus Constantij, filij Constantini magni, sedit an 6. (al. 10 mens. 3. (al. 8.) deportatur in exilium à Constantio, noluit enim hæresi Arrianæ consentire, uacat sedes di. 6.

His tēporibus maxima persecutio in clero.

Aetiani hæretic. Sub hoc tempore Aetiaus hæresiercha irrupit in uineam zebaoth.

Conciliabulum hæreticorū. Hac tempestate concilium prophanum (inchoatum ab hæreticis contra S. ATHANASIVM) in Nicæa Thraciæ,

Conci-

*Concilium Laodicense in fine* Liberij PP.*ce lebratum, circa annum domini 364.habent al. an. 354.*

36.FELIX 2.R*omanus sedit an.1.men.3.(al. 4. di. 2.)à Constantio martyrio coronatur & cap. trücatur.* An.359.Mirand.*habet an.*370.

S. *Iohannes &* Paulus *martyres,domestici Constantiæ filiæ Constantini* Magni,ROMAE *paßi sunt 7.calend.* Iulij,*anno domini 363.*

S. *Gordianus martyr passus est circa annum domini 360.6.* Idus *Maij.*

*Anno 371.Carranza.*

37.DAMASVS,H*ispanus:patre* Antonio: V*ir multæ memoriæ,ingētis facūdiæ,in amicos liberalis,prouincialibus iustißimus,gloriæ cupidus:* Pl. *sedit an.18.me.3.al.me.2.di.11.al.di.10.tēporibus* Iul.*Apud quē ueluti* Notorius D.HIERONYMVS *fuit in adolescentia sua,&c.* Habet *de eo histo.*Eccl.*lib.11.cap.10.*Hic PP. *ubi ex sacris ordinibus quinquies habitis,presbyteros unum & 36. diaconos. 11.* Episcopos, *62. creasset, moritur ac sepelitur uia* Ardeatina *cū matre & sorore in basilica à se condita tertio* Idus Decemb. D.wicel, *uacat sedes di.21.&c.*

Hic adulterij infamatus, de obiectis sibi crimini bus canonice se purgauit.

Macedoniani. Circa hæc tempora conc. Constantinopolitanum 150. patrum, contra Macedonium, qui negabat spiritum sanctum deum esse, (Damasi authoritatem sequuta est prima illa Constantinopolitana Synodus) celebratum temporibus Gratiani et Theodosij, & Cyrill Hierosolymitani: Est Vnum ex 4. principalibus concilijs, et quidem proximum post Nicanum.

Constantinopoli: principale 2.

Sub eodem damaso celebratum concilium Valentinum 30. Episcoporum, &c.

Item Aquileiense.

Idem S. cōfessor multa laude dignus, adiutus peritorum uirorum studijs, choros cantantium ordinauit in ecclesia. Corn. Cantus ecclesiastici antiquitas ostenditur Philonis & Plinij testimonio, eccl. histo. li. 2. ca. 17. &c. derisores ac impugnatores horarum Canonicarum impugnat & prostrat Campensis eccl. hier. lib. 1. cap. 6.

Extat damasi epistola ad Orientis episcopos de damnatione hæreticorum.

Idem Appollinarem & Timotheum eius sectatorem exauthoratos abiecit ab ecclesia.

Idem Sabellium, Eunomium et Macedonium cum consectaneis anathemati subiecit, &c.

*Anno domini* 370. *claruit Eutropius, sub Valentiniano & Valente principibus: Vir religiosissimæ conuersationis, in diuinis scripturis ualde studiosus & eruditus, uide Iohannem Trittenhemium Abbatem Spanhemensem,&c.* Eutropius.

S. MARIAE *ad martyres*, Benedictini *instituti magnificum cænobium infra* Treuerim, *conuersum & inchoatum est. anno* 380.*&c.*

*Anno. domini* 388, Miranden.*habet ann.* 389.

38, SYRICIVS, Romanus:*sedit an.* 15. (*alij* 14.*al.* 10.) *mens.*11. *di.*25. *temporibus* Valentiniani *&* Valentis *Augustorum super uniuersalem ecclesiam* Episcopale *ministerium suscepit.* Vacat *sedes di.*20.

Digamus *ne ad officium sacerdotis admitteretur cẽsuit: etsi admissus, ab eo pelleretur,* Po. *lib.*4.*cap.*8. Augus*t.de bono coniugali,ca.* 18. Digami à sacerdotio exclusi.
Hodie *certè sunt qui polygamiam approbant.* Quid *statuerit amplius uide* Plati. Sabelli *&c.*

Idem PP.*normam ecclesiasticam per* 16.*capita dedit* Hiemerio Episcopo Tarraconen.

Sub *hoc celebratum* Concil. Telense, *contra* Iouianistas Item, Conc.Carthaginen. 2. *habitũ*

Concilia. Telense. Carthaginense 2 3 4. et 5. epi 73. Taurinatense. *circa tempora Siricii PP. tractans de cælibatu Sacerdotum & Episcoporum.*

*Item Concilium* TAVRINATENSE *tempore Siricii* PP. & *Beati Ambrosii Episcopi Mediolanen.*

S. Georg. *S. Georgius Chiliarchus militum, cuius manu fortissimus deus Lernæam hydram, draconem Lybicum uere contudit, capitis abscissione martyrium consummauit circa annos domini 391. Calend. Maii. Hunc Græci recentiores, appellant Megalomartyra & Trophæophorũ.*

S. Micha. apparitio *Apparitio S. Michaelis archangeli anno domini 390. secunda apparitio facta 707. tempore Childeberti Regis Francorum, & Iustiniani Imperatoris, &c.*

S. Alexius *S. Alexius filius Euphemiani nobilissimi Romani, extremum diem placidissimè clausit 16. Cal. Augusti circiter annum domini 388.*

*Anno 404.*

39 ANASTASIVS *Romanus: sedit an. 3. di. 10. temporibus Archadij. Sub hoc propter scripta Origenis in Alexandria celebrata est Synodus. Hic ne debiles membris aut manci in sacerdotũ numero reciperentur, uetuit, Vacat sedes di. 21.*

Synodus Alexandri. Conciliũ Toletanũ Quomodo non initiari liceat.

*Idem PP. standum erecto animo dum*

*legitur*

legitur Euangelion in Ecclesia, ordinauit, &c.

Circiter annum 408.

40. INNOCENTIVS 1. Albanensis: sedit an. 15. mens. 2. uacat sedes di. 22.

Sub hoc cœpit hæresis, deū corpus habere asserēs. Et Prædistinatorū et Cataphrygarū et Pelagij. Cathaphrigæ. Pelagianistæ.

ROMA à Gothis capta.

Pacis osculum confectis mysterijs instituit.

Christianos inungi oleo sancto infirmorum, confirmauit.

Hic episcopo Rothomagen. misit normam ac regulam uiuendi, &c.

Hoc tempore S. Hieronimus Bethleemites, Hungarus Stridonensis in Bethleem illustris habitat. Mellifluus item Augustinus floruit. S.Hieron.

Extat epistola Concilij Carthaginen. ad innocentium Papam: &c. quibus amanter in epi. 25. rescripsit, eos confirmans.

Sub hoc concilium Mileuitanum, huic interfuit Anselmus Ro. ecclesiæ Legatus contra Pel. Concil. Mileuitanum.

S. Germanus episcopus Antisiod. ex hūmanis ereptus pridie ca. Aug. circa an. dom. 422. S.Germa.

S. Simplicianus episcopus & cōfessor carnis ergastulū dereliquit, uir diebus et uirtutibus maturus, an. do. 415. Idib. Au. Mediolani sepult. S. Simpli.

Anno 424.

41. ZOZIMVS (*alij Zosimus*) Natione *Græcus sedit annum* 1. (*alij* 2.) (*alij* 8. *di.* 11. *alij* 15.) *sub* Honorio *&* Theodosio Iuuiore, *Vacat sedes di.* 11. *&c.*

*Clericos à tabernis exclusit, Cornip.*

Cereæ paschales. *Cerei paschales Candelæ, ut dominicæ resurrectionis Sabbato per singula templa consecrarentur, Zozimus author fuit, Poly. lib. 6. cap. 7. Nec sine grandi mysterio in consecratione Baptismatis Cereus adhibetur, ut significetur hoc uere agi in Baptismate, quod præfiguratum est in transitu maris Erithrei per columnam nubis quæ transeũtibus interdiu uelamento fuit, & noctu Syderei splendoris uicem suppleuit. De qua dixit Apostolus, &c. Vide Canones Concil. Tole. 4. cap. 8.*

Exod. 13.

1. Cor. 10.

*Idem PP. circiter annum* 424. *Episc. Salonitano quid agere debeat, iniunxit.*

S. Alban. *Sub hoc anno domini* 425. *S. Albanus Episcopus, strenuus athleta, martyrizatus.*

*Anno* 425.

42. BONIFACIVS. 1. *Romanus: sedit ann.* 3. *mens.* 8. *alij mens.* 4. *di.* 7. *Vacat sedes di.* 9. *&c.*

Hic

*Hic masculum non attingentem 30. annos à sacerdotio cum* FABIANO *exclusit. Quia credo, ea fuit apud* Hebræos, *teste* Hiero. *in proœmio in* Ezechielem, *ætas sacerdotalis ministerij, &c. inquit* Polydo. *lib. 4. cap. 8.* Sacerdos nouitius 30. annorũ

*His temporibus* D. HIERONYMVS *in* Bethleem *uitæ cursu felicißime peracto, ad immortalitatis lauream est euocatus, anno ætatis suæ 91. &c.*

*Sub hoc pp. Concilium* Carthagineñ. 7. *per 38. Episcopos celebratum, &c.* C. Carthagi. 6. & 7.

*Circiter annum 428.*

43 CAELESTINVS 1. *Romanus: Alij Campanum dicunt, temporibus* Theodosii *Iunioris. Sedit an. 8. (alij an. 9. mens. 10. di. 17.) uacat sedes di. 21. &c.*

*Hic Psalmos Antiphonis interstrinxit.*

*Introitus, Gradus, Tractus, offertoria: Communiones & orationes inseruit Missæ: inquit* Carranza, *&c.*

*Sub hoc Concilium* Ephesinum *unum ex 4. principalibus contra* Nestorium: *Synodus illa* Celestini *Papæ sequuta est authoritatem:* Pigh. *lib. 4. cap. 14. &c.*

*Sub pōtifice hoc moritur* B. AVGVSTINVS, *qui Arrianorum impietatem, Pelagianorū dementem impudentiam, Manichæorum lasciuientem religionem, Donatistarum, Sathanicum furorem, illarumq; hæresum uires contudit, atque infregit.* (pulit.

Nestoriani. *Idem hoc tempore* Nouatianos *ui* V R BE *ex-*
*Nestorius hæresiarcha in* M A R I A M *matrem* Dei *blasphemauit. In hos* Nestorianos *sanctus pontifex, per* Cyrillum *Anathematis censuram exercuit.*

*Idem pp. per* Germanū Antisiodorēsem Episcopum, *quem in* Britāniam *misit, hæreticis inde fugatis, insulares ad catholicam fidem redegit:* Scotisq; *subinde fidei doctrinam optantibus,* Palladium *episcopum dedit, ac demum eius studio magna pars* Occidentis *(ut* Platina *tradit) ad fidem conuersa est, &c.*

*Circiter annum* 436.

44 S I X T V S 3. *Romanus:* Patre Sixto: *sedit an.* 8. *diebus* 19. *Martyrizatum alij dicunt. uacat sedes di.* 22.

*Hic de obiectis sibi criminibus canonicè se purgauit.*

Sub

*Sub ipso concilium Rhegiẽ. ab Episcop.* 13. Con Rhegieñ.
*Item :* AGATHENSE *in ciuitate Agatha in Gallia habitum, ab Episcop.* 35. *contra cleri: Acid am.* Con Agathense.

S. PATRITIVS *Hiberniã, hodie Irlãdiam, ad fidem conuertit, &c.* S.Patrit.

*Circiter annum* 448. *Iacobus Mennelius habet, ann.* 444.

45 LEO 1. *Tuscus: sedit ann.* 21. *mens.* 1. *di.* 13. *Cuius sanctitas fuit, ut in concilio Chalcedonensi summa patrum omnium cõcordia, ter sanctus acclamatus sit: moritur* 4. *Idus Aprilis, sedes uacat di.* 8. *&cæ.* Pigh li.6. cap.3. & Carrãza.

*Idem de obiectis sibi criminibus canonicè se purgauit, &c.*

*Hic Acephalorum hæresim multis epistolis ad Christifideles scriptis acerrimè confutauit.*

*Supplicationes siue rogationes primus instituit: quas Latini Graiam secuti uocem, Litanias, dixere. Polydo lib.6. cap.11.*

*Creauit ex institutione sacrorum* 81. *presbyteros.* Diaconos, 31, *Episcopos* 86.

*Idem PP. Attilã retrò uertit, Quid, obsecro, unquàm crudelius natura creauit Athila Hunnorum*

Idem Gēsericū mitigauit

rum rege? Attamen hic sanctitate huius Ro. pōtificis uictus, Romanis pacem reddidit, & ex atrocißimo hoste, humaniq; cruoris appetentißimo, unius hominis precibus mitißimus est factus? nec minus ualuit nomen probitatis BENEDICTI Abbatis apud Totilam Gothorum regem praeferocem. Diuus item GREGORIVS potuit Gothos ipsos iam Arrianos factos bonis monitis ab errore reuocare: potuit & Anglos sic mollire, &c.

## Concilia.

SVb Leone concilium Arausicanum, tempore Theodosii iunioris, de Libero arbitrio, &c.

VASENSE, in quo nonnullae constitutiones sancitae sunt per 18. Episcopos.

ARELATENSE 34. Episcop. Martiano Augusto, Opilone & Vincomalo coss. 8. Idus Iulij.

CHALCEDONENSE unū ex 4. celebratum est praesentibus 630. patribus, temporibus Martiani Imperatoris, contra Eutychē & fautorem eius Dioscorum Constantinopolitanum, &c.

Eutychia.

ARAVSICANVM.

CARPENTORACTENSE.

TV-

TVRONENSE *prouinciale,&c.*

*S. Virgines 11000. passæ sunt apud Coloniam Agrippinam 12. Calen. Nouembris, circiter annum Christi 450. &c.* 11000. Virgines.

*Translatio corporis S. Martini facta est anno 14. Leonis primi pp. anno uidelicet 64. ab obitu ipsius sancti uiri.*

*Septem dormientes in Epheso expergefacti, anno Domini 448.*

*Anno Christi 465.*

46 HILARIVS, *sardus: sedit an. 6. mẽs. 3. di. 10. Temporibus Leonis, uacat sedes di. 10.*

*Sub hoc celebratum Concilium Romanũ 50. ferè Episcoporum, &c. Item: Tarraconense anno 6. Theodorici Regis.*

*Idem pp. Pontificatum noluit esse hæreditarium. Cornipol.*

*Episcopatus in Vienna Austriaca erigitur, primum locum in Episcopatu sortitus est S.* MAMERTINVS, *&c.* Episcopatus Viennensis.

*Translatio corporis S.* MARCI *de urbe Alexandria ad ciuitatem Venetiarum facta est tempore Leonis Imperatoris Iustiniani Venetorum ducis, anno 465.*

*Circiter*

47 SIMPLICIVS, *Tiburtinus: ex patre Castino. sedit an. 15. mens. 1. (alij 2.) di. 7. uacat sedes di. 26.*

*Hic urbem* ROMAM *in 5. Ecclesias distribuit: quarum prima Petri. altera Pauli. III. Laurentij. 4. Iohannis Laterani, nunc in urbe prima: quinta Mariæ Maioris, &c.*

*Is nullum cogendum ad sacerdotium censuit.*

*Idem ne quis clericorum possessionem sacerdotij ab homine prophano suscipiat, prohibuit, Volat.*

*Circiter annum 486.*

48 FELIX 3. *Attauus S. Gregorij, Romanus: ex patre Felice. Sedit an. 8. (al. 9.) mens. 11. di. 17. (al. 19.) Euag. 3. cap. 18. Claruit pp. temporibus Odoacris Regis usque ad tempora Theodorici regis. uacat sedes di. 6.*

Quid sit dedicare, uide Chrysost. in Episto. Pauli ad Heb. etc

*Dedicationes templorum Episcopis concessit, diemq; illam anniuersariam esse iussit: & illud ex imitatione Hebræorum, qui eum quoque diem, testatur Iosippus, festum agebant. Poly. lib. 6. cap. 8.*

*Idem*

Idē accuſato inducias ad reſpondendū indulſit.

Anno 494.

49 GELASIVS, Apher ex patre Valerio uir ſanctus atq; multæ ſapientiæ, conſilio ſagax, pacis amator, delinquentibus clemens, caſtus, pudicus, eleemoſynis largus: Ad quem etiam confugit Ioānes Alexandrinus Epiſcopus, &c. tēporibus zenonis Auguſti. ſedit an. 4. (Cornipol. habet an. 6.) menſ. 8. di. 18. (alij 17.) uacat ſedes di. 7.

Collectas & gradualia iuxtà aliquos, inſtituit: uolat. Miſſa energiticis precatiōibus exornata.

Canonem & præfationes Miſſæ, proſas & Hymnos canticis miſcuit.

Sub eo Honorius ſæuus Vuādalorū rex Aphricæ, Arrianorū fauore in fideles gladio flammaq; ſæuiendo fatigatus, 4965. relegatis, eccleſias & bona Arrianis tribuit.

Concilium EPAVNENSE prouinciale, cui interfuerunt 70. Epiſcopi.

S. REMIGIVS Epiſcopus Remenſis tempore Clodouei 4. Regis Gallorum (circiter annū 485. alij 490.) in Gallijs claruit. Robertus Gaguinus lib. 1. de geſtis Francorum, &c. S. Remig.

SEC.

Seccingẽ-se cœnobium. *Seccingense cœnobium 8. Canonissarum, & 4. Canonicorũ, Fundatum est anno 495. à sancto* Fridelino *Scotorum regis filio, &c.*

*Anno 498.*

50 ANASTASIVS 2. Romanus: *sedit an. 1. (al. 2.) mens. 11. (alij 10.) di. 24. ex patre* Fortunato, *tẽporibus* Theodorici *regis &* Anastasii *impij (ab hæreticis seductus)* Imperatoris *qui fulmine ictus perijt. uacat sedes di. 6.*

*Hunc pontificem* Romanum *quidam* Acacio *(qui uiscerum egestu pœnas luit) fauisse blaterãt.* Anastasium *falso infamatum à* Gratiano, *conuincit* Pighius, *&c.*

*Circiter annum 499.*

51 SYMMACHVS, *Sardus: ex patre* Fortunato. *Sedit an. 15. Mens. 7. di. 28. (al. 22.) temporibus* Theodorici Regis, & *Anastasii Augusti. uacat sedes di. 7.*

*Hic, omni die dominico, & natalitijs martyrum,* Hymnum GLORIA IN EXCELSIS, *dici ordinauit* Plat. *&c.*

*Idem multos captiuos redemit.*

Fecit

*fecit ordinationes* 4. *in* VRBE.

*Statuit bona ecclesiæ non alienari, nisi magna & pia causa exigente.* Nota.

*Clericis consanguineas mulieres matrisfamiliâs admisit.* Volaterra.

S. LEONHARDVS *confessor apud Aquitaniæ prouinciam ciuitatem Lemonicensem claruit tēpore Anastasii* Imperat. *quieuit* 8. *idus Nouembris, circiter annum* Domini 500. S. Leōhar

*Childebertus.*
*Clotarius.*
*Clodamirus.*
*Theodoricus.*
} Filij Clodouei, *anno* 515

Concilia.

ILERDENSE 8. *Episcoporum*, *anno* 15. *Theodorici regis*,

VALENTINVM *prouinciale* 6. *Episcop. in* Valentia *Hispaniæ*, &c.

*Anno* 514.

52 HORMISDA, *Campanus: ex patre Iusto, de ciuitate* Frusinone: *temporibus* Ana-

*stasii. Regibus charus: Hereticis exosus, & in ecclesiam magnificus fuit. Sedit an. 9. di. 17. (al. 18,) uacat Sedes di. 6.*
*Nuptias publicas confirmauit.*
*Clerum composuit.*
*Graecos reconciliauit.*
*Manichaeos oppreßit.*

## Concilia.

AVRELIANENSE.
GERVNDENSE.
CAESAR AVGVSTANVM *Episcoporum 12. &c.*

Boethius. *Tempore huius claruit Boëthius Seuerinus.*

*Anno 523.*

53 IOHANNES 1. *Tuscus: ex patre Constantio. Sedit ann. 2. mens. 8. (al. 9. di. 17.) Hic à Iustino Constantinopoli honoratus caecum illuminauit. Theodorici Regis Gothorum paulò post, (27. die Maij) in uulcani ollam deiectus, iussu, carceris paedore, fameq; consumptus Rauennae, martyrum numero est adscriptus: Quam*

Martyr.

Theo-

*Theodorici sæuitiam ultio diuina paulò post (ut Platina tradit) est secuta, &c. uacat sedes di. 18.*

S. FORTVNATUS Episcopus Tudertinus *claruit circa tempora* Iustini Imperatoris, *quieuit uir sanctus in domino pridie* Eidus Octobris, *sepultus in ecclesia* Tudertina.

Tempore Iohannis 1. Floruit B. BENEDICTVS. *alij reijciunt illud ad tempora* Iohannis 2. Ro. Pon.

*Anno 525.*

54 FELIX 4. *Samius: ex patre Constantio: temporibus* Iustiniani Augusti. *Sedit an. 4. mens. 2. di. 13. uacat sedes di. 3.*

Hic *Constantinopolitanum* Patriarcham *damnauit.*

*Clerum à populo in templo discreuit: Sabellius.* Bonifacio 2. *illud statutum adscribit* Cornipolitanus.

Idem PP. *Dedicationes altarium instituit.* Cornipol.

Tempore *huius* Episcopi Roma. *hæretici eiecti* Blond. lib. 3.

Idem *Diuis medicis* Cosmo & Damia-

no templum ROMAE dedicauit.

Anno 529.

55 BONIFACIVS 2. Romanus: ex patre Sigebuldo, sedit an. 2. (al. 1.) di. 16. (al. 26.) temporibus Athalarici Regis hæretici, & Iustiniani Augusti. uacat sedes mens. 2. &c.

Vltra tres dies non uacare sedem, statuit. Platin.

Anno 531.

56 IOANNES 2. Romanus, qui & Mercurius, ex patre Proiecto de Cælio monte, tempore Iustiniani Imperatoris, sedit an. 2. mēs. 4. (alij 6. dies adijciunt) uacat sedes die. 6. &c.

Cuius tempore Iustinianus Imperat. misit fidē suam in scripto sub Chirographo proprio ad Sedem Apostolicā per Episcopos Apatiū et Demetrium, cum ingentibus donis auri, argenti & gēmarum, &c.

Sub hoc Concilium TOLETANVM 2. anno 5. Amalrici regis, &c.

S. Benedi. S. BENEDICTVS Nursinus Abbas Casinensis, cū sorore SCOLASTICA circiter annū 535. Volat. li. 21. claruit. Porro si cui libet plura

plura de S. Benedicto nosse, is legat D. Gregorij Dialog. lib. 2. à principio, &c.

Anno 533.

57 AGAPETVS 1. Romanus ex patre Gordiano presbytero. sedit mens. 11. di. 18. alij di. 21. Alij an. 1. alij an. 2.

Dominicas processiões instituit. Diem dominicam pro reuerentia resurrectionis Christi absque ullo opere seculo colite: sanctorum solenmitates pro affectu celebrate, &c. inquit Augusti· de rectitudine catholi. conuersa. Vide Tertullia. libro ad uxorem altero.

De huius pontificis uita ac morum sanctimonia Gratianus dicit. Agapetus pp. Vas catholicum. Euangelij tuba: præco Iustitiæ, &c. De conse. dist. 1. Agapetus.

Pontifex ille rogatus à Iustiniano Cæsare, ut sententiam & doctrinam Euthicianam cõfirmaret: Respondit. Putabam ad Christianissimum principem accessisse me, sed plane te Diocletianum repperi. Qua libertate masculą loquendi percussus Cæsar, fidem amplexus est:

Idem sacra altaris, sedisq; uelamina, sacrilegis Anthemij infecta fabulis, suis Catholicis precibus deleuit.

MENAM in Episcopum Constantinop. ordinauit.

Vide polydo. lib. 6. cap. 11. Orientis Episcopos hæreticos è suis sedibus Apostolica authoritate detrusit, &c.

Nota. Sub hoc Constantinop. Synodus 5.

Circa hæc tempóra pastores quædam uerba Canonis sancti proferentes super panem, miserè interierunt. Cornipol. &c.

Abbatia in ualle Gregoria. MONAsterium in Valle GREgoriana propè Vogesi montana, ordinis S. Benedicti fundatum circiter annum 534. dotatur à Childerico anno 660. &c.

Anno 535.

58 SYLVERIVS, Campanus: ex patre Hormisda Episcopo Romano, ex matrimonio tamen natus. Sedit an. 1. mens. 5. di. 11. de SilVERIO Sab. En. 8. lib. 5. A Theodora Augusta in exilium trusus, ad Potentiã Insulã, in qua et exulans obijt, steterat enim contra Anthimum hæreticum Constantinopolitanum, Eutrop. lib. 16. uacat sedes di. 6.

59 VIGILIVS, Romanus: ex patre Ioanne consule. Hic Constantinopolim Theodoræ imperatricis iussu tractus, in quinta Principe synodo contra Theodorum Constantipoli. Patriarcham,

cham, Eutych. & Arrio dissentiens, flagris expirauit, sanctis adnumeratus est: Eutropius li. 16. exulasse dicit. Sedit an. 17. mens. 6. di. 26. uacat sedes di. 15. &c. Syluerij PP. exitus

Concilia.

AVRELIANENSE 2. 3.
AVERNENSE.
CONSTANTINOPOLITANA synodus 5. circa tempora, Agapeti, Syluerij, & Vigilij, &c. contra Petrum: Anthimum: Seuerum & Zoaram hæreticos.

Circiter annum 553. alij habent 557.

60 PELAGIVS 1. Romanus. Sedit an. 11. (alij 10.) mēs. 10. di. 28. (al. 2.) uacat sedes mēs. 3. di. 20. temporibus Iustiniani, &c.

Circa hæc tempora Concilium AVRELIANENSE anno Christi 557. Totilæ regis temporibus.

Idem PP. 7. Horas canonicas confirmauit. Cornip.

Mortuorum memorias Missæ adiecit. Ambrosius modum exequiarum ab Hebræis fluxisse

ad posteros autumat, qui Iaacob demortuum 40. dies, & Moysen 30. luxere.

Hereticos seculari potestate coercendos indulsit.

Quadragesimali tempore sacerdotibus hora 9. sacrificare concessit. Plat. Volat.

Concilia.

PARISIENSE.
AVRELIANENSE. 4. 5.
TVRONICA 2. Synodus.

Sophiæ templum ædificatum his temporibus.

Narses ROMAM occupauit: Blond. 3. Poly. lib. 6. cap. 9.

CLotarius 1. Galliarum rex, anno 560.

Huius filij.

Sabelli Ennead. 8. li. 5

Cherebertus parisiorum.
Chilpericus suesionum.
Guntrãnus Aurelianensiũ } 565.
Sigibertus Mediomatricũ

Pannonia Hunis committitur. an. 568.

ALBOINVS rex Longobardorum floruit. Diaco. lib. 2. cap. 7. &c.

Circiter annum 563.

IO AN-

61. IOHANNES 3. *Romanus: de patre Anastasio illustri, sedit an. 12. (alij 11. di. 26.) temporibus* Iustini *iunioris* Imperatoris, *uacat sedes mens. 10. di. 3.*

*Restaurauit Cæmiteria martyrum. Corni.*

*Temporibus huius Armeni Christum recepere. Platin.* Monoth.

*Monothelitæ stygijs se extulere undis: Volat. lib. 17. Antropol. &c.*

S. LEODEGARIVS *episcopus passus tempore Childerici circa annū domini 580.* S. Leode.

*Anno domini 576.*

62. BENEDICTVS 1. *Romanus: uir sanctissimus,* Paul. *diaco. lib. 2. cap. 8. &c. ex patre* Bonifacio, *tempore* Mauritij Imperatoris. *Sedit an. 4. mens. 1. di. 28. (al. 18.) Vacat sedes mens. 2. di. 10.*

ROMAE *hoc tempore desitum* Latine *loqui. Sab. Enne. 8. lib. 5.*

*Sub hoc Imperator Persas diuicit. Eua. lib. 5. cap. 19. &c.*

*Anno 580.*

H.3.ca.10. 63. PELAGIVS. 2. *Romanus tempore Mauritij Imperatoris, diaco. sedit an. 10. (al. 11.) men. 2. (al. 10.) di. 10. (al. 2.) uacat sedes men. 6. di. 20.*

*Hic PP. Basilicā S. Laurētij martyris extruxit.*

*Septem Horas canonicas confirmauit, Poly. lib. 6. cap. 2.*

*Concilia.*

HISPALENSE.

TOLETANVM 3.

MATISCONENSE 1. 2.

Iuuaniense cænobium. IVV*Aniense monialium cænobium extra muros Salisburgensis ciuitatis, fundatum est circiter annum domini 583.*

Abbatia Mauri Monasterij. *Sub hoc pontifice* MAV*ri monasterium antiquitus Cella Leobardi, Cænobium Benedictini Instituti iuxtà montana Vogasi, inauguratum est anno domini 583. sub illustrißimo Francorū in Austrasia Rege Childeberto: praeest & prodest hodie & monasterio & Cænobitis* GA*spar* RIEGKHERVS *Vir doctus, studiosorum Mecænas, & omnis pietatis Christianæ Antistes.*

*Saxones cū Sueuis cōgreßi, superantur.* Blō. *lib. 8. cap. 1.* Inundatio *aquarum* Romæ *orta.* Sabelli, Plat.

Anno 590. Benedictus Vernierus an. 592. D. VVICELIVS an. 619. habet.

64 GREGorius. 1. Romanus, cognomine Magnus: Anno Christi 600. Corn. Ex patre Gordiano uiro senatorio sedit an. 13. mens. 6. di. 10. pontificatus sui moritur, 4. Idus Martij. uacat sedes mens. 5. di. 19.

Hic se SERVVM SERVORVM dei scripsit: Quando & uniuersitatis conditorem seruilem accepisse formam, ut nos sanguine suo liberos redderet, legimus. Paul. dia. lib. 4. ca. 9. Papa seruus seruorum.

Hunc pontificem Lutherus excucullatus Saxo, anno domini 1545. catholicum Ro. ecclesiæ episcopum pronunciauit.

Idem PP. exposuit Homilias Euangeliorum 40. in Hiobum scripsit libros 35. In Ezechielem homilias 22. Cantum in ecclesia reformauit.

Maiores Letanias instituit, Pol. li. 6. ca. 11. &c. dies autem Rogationum habemus ex instituto Mamertis: olim Litaniæ istæ ualde religiose agebantur: ita ut nō solū ab esu carniū, sed et ab omni cōmessatione penitus abstineretur, et populus cū clero, uestibus preciosis depositis, in sacco et cinere procederet, pedibus discalceatus, in cōmune dicētes Kyrieeleyson. Et cum contritione cordis Maior Letania instituta. Vide Pol. lib. 8. cap. 1. de inuē rer.

cordis deum exorantes, pro peccatis, pro pace,
Iacob. 1. pro peste, pro conseruatione frugum, et pro cæ
Vide Ter teris necessitatibus, suspicientes in cælum, unde
tull. in A- quicquid est boni, à patre luminum descendit, et
pologe. uocatis & imploratis gloriosissima dei matre,
cap. 39. & omnibus sanctis in precum suffragium, &c.
Ecclesiæ Litaniæ fundantur Luc. 18. 1. Thessa-
lo. 5. &c. Sic Legimus anno 30. Imperij Theo-
dosij, terræmotus magnos fuisse Constantinopo-
li, per 4. menses: Sed Letanijs peractis cũ Pro-
culo episcopo, cessauit quassatio, Vrspergensis.
Hæc ergo uis deo grata est, inquit Tertullianus
in Apolog. cap. 3. &c. Inter λιτανείας autem
& ἐξομολογήσεις hoc differt, quòd Exomo-
logeses prò sola peccatorum confeßione agan-
tur: Litaniæ uerò indicuntur propter rogan-
dum deum, & impetrandum in aliquo miseri-
cordiam eius. Vide concil. Maguntia. cap. 32.

Sub Gregorio celebrata sunt duo Concilia
ROMAE, quæ habẽtur in registro li. 4. ca. 88.
Celebratum sub eodem LATERANENSE.
Paul. Dia. uide Sabelli. En. 8. lib. 5.
li. 3. ca. 12. Britanni ad fidem Christi conuertuntur,
per Augustinum Mellitum, Hũc miserat Anglis
D. Gregorius.

Gotthi

Gotthi Gregorij opera ad unionem catholicæ fidei rediere.

Extat pulcherrima Epistola D. Gregorij Papæ quã misit Theodolindæ reginæ Longobardorum P. Dia. lib. 4. cap. 3.

Idem PP. Eutychium Episcopum de resurrectione errantem superauit P. Dia. de re. gest. Longo. lib. 3. cap. 7.

S. Maximianus Episcopus Syracusanus uita & miraculis claruit tempore B. Gregorij PP. quieuit 5. Idus Iunij. Vide Gregor. 3. dialog. cap. 36. &c. S. Maxi.

S. Amantius presbyter apud Tyfernam, claruit tempore S. Grego. PP. quieuit in pace pridie non. Nouembris. Hæc. D. Greg. 3. dialo. cap. 30. S. Aman.

S. Menas confessor in Samnij prouincia floruit hisce temporibus. uide Gregor. 3. dialog. cap. 26. S. Menas.

Anno 603.

65. SABINIANVS, Tuscus, sedit an. 1. men. 5. di. 9. Vacat sedes mens. 10. di. 20.

Hic diem & horas Campanarum pulsu distinxit: Platin. Polydo. lib 6. cap. 12. &c.

*Anno 605.*

66. BONIFAcius 3. *Romanus sedit mens.* 8. *di.* 28. *Cornipol. uacat sedes men.* 1. *di.* 6.

ROMAE *synodum* 72 *Episcopôn celebrauit, in qua præter alia statuit ne ante triduum mortuo pontifice alius creetur. Plat. Sabelli.*

S. Iohan. Eleemosinarius.

S. Iohannes ἐλεήμων (*allu dens nimirum ad sermonem Christi, Luc.* 16.) *patriarcha Alexandriæ natus, claruit temporibus Phoce imperatoris, quieuit in Christo* 3. Non. *Februarij circa annum domini* 605. *scribit huius uitam Leontius episc. in Cypro. &c.*

*Anno 606.*

67. BONIF*acius* 4. *Marsus sedit an* 6. *men.* 8. *adijciunt al. di.* 12. *uacat sedes mens.* 7. *di.* 25.

*Hic* PP. *templum omnium deorum Pantheon à* M. *Agrippa constructum, mutato nomine MAriæ & omnium sanctorum uocauit, excluso malorum dæmonū cultu locum expiauit: & phocæ* Imperatoris *permissu, ad* 4. *Iduum Maij sacrauit, Blond. lib.* 9. *In hoc templo quidam cecus dictauit: Gaude Maria, & lumen recepit.* Cornipol. *&c. Gregorius deinde* 4. *fertur fuisse author, ut id sacrum* Cal. Nou. *celebraretur.*

Sub

*Sub hoc Acephalorum hæresis repullulat.*

S. VEDastus episcopus Atrebatensis, paupe- S. Vedastus
res pauper ipse dilexit, uerbo & exemplo è
paganismo ad Christianismum multos ubiq; con-
uertit, cooperante domino circiter annũ 600. Nicolai
in pace requieuit. 8. Idus Februarij. Hodie huic perenoti
præest Nicolaus Perenotus Granuellanus uir episc. Atrebaten. encomion.
eruditus, in rebus agundis raram quandam pru-
dentiam & dexteritatem possidet, in difficilli-
mis uerò negotijs industrius & indefatigatus.

Anno domini 612. S. Rupertus Vangionum Bauaria
antistes Theodohem ducem Bauarorum ad fi- conuertitur.
dem Christianam conuertit.

## Anno Christi 615, alij 613.

68 DEVS dedit seu Theodatus Romanus sedit
an. 3. (al. an. 4.) di. 23. ex patre Stephano sub-
diacono: Vir sanctitatis eximiæ, temporibus
Heraclij. uacat sedes di. 13.

Sub hoc celebratum concilium ANtisiodo-
rense.

Idem puellis prouectæ ætatis suos patrinos Mahometus Arabs
prohibuit.

Secta Mahometica repullulat. Alcoranistus.

Isidorus episcopus Hispalensis Leandri suc- Isidorus.
cessor floruit.

69. BONIfacius V. Campanus: tempore Heraclij Imperatoris, sedit an. 5. mens. 9. adijciunt al. di. 10. uacat sedes di. 13.

Hic delinquentibus templa & aras Asyla constituit.

Vt sacrilegi ubiq; telo anathematis plectantur sanxit. Sabelli. Volat.

Idem Martyrum reliquias attrectare, Acoluthis prohibuit.

S. Gallus. Huius temporibus S. GALLVS claruit.

Anno 622.

70. HONORIVS, Campanus. Ex patre Petronio uiro cōsulari, Vir largus erga pauperes. Monothelitica hæresis primus damnator. sedit an. 12. adijciunt alij mens. 11. di. 7. Vacat sedes mens. 7. di. 8.

Hic festum exaltationis S. Crucis instituit, cuius exaltatio facta est sub Heraclio 18. Calen. Octobris, circiter annum 620.

Sancti Hadriani ecclesiam æneis tegulis operuit, Cornipol.

Eundem Honoriū ab omni nota hæresis uindicat

*dicat catholica* B. *Agathonis* E*pistola*. C*ap*. *li*. 4. *cap*. 8.

*Concilia*.

TOLETANVM 4.
HISPALENSE 2. *sub die* I*duum* N*ouembrium tempore sisebuti regis*.
TOLETANVM 5. & 6.
BRACARENSE 1. 2. &c.

*Cantabrigia insignis academia sub* Honorio *erecta*.

H*eraclius à* M*onothelitica hæresi resipiscēs, regulam orthodoxæ fidei suscipiens ab* Honorio, *ad studia* M*atheseos se conuertit, &* I*udæos omnes in suo imperio baptizari curauit*.

A*lbum castrum seu weissenburgum, monasterium instituti* Benedictini *primaria* G*ermaniæ ferè* A*bbatia, fundatur anno* 623. *dotatur uerò an*. 664. *à* Dagoberto. Abbatia weissenb.

I*sti* 3. *pontifices sub* Heraclio I*mpe*.
57. *an*. C*hristi* 612.

I.

71. SEVERINVS, *patria* R*omanus, patre* L*abieno*: V*ir singularis pietatis & religionis, amator pauperum, sedit ann*. 1. (*alij mens*.

11. di. 4. ) uacat sedes mens. 4. die. 30.

S. Natalis — S. Natalis confessor tempore Seuerini PP. Romæ claruit, uitæ suæ finem imposuit pridie calend. Nouemb. &c.

II.

72. IOHannes 4. Natione Dalmata, patre Venantio Sedit an. 1. alij. 3. ann. alij mens. 9. di. 18. uacat sedes mens. 1. di. 13.

Nota. — Hic multa milia hominum redemit de seruitute, thesauris ecclesiæ, per Histriam & Dalmatiam, Cornipol. &c.

III.

73 THEodorus 1. Græcus, ex patre Theodoro Episc. Hierosolymis oriundo, natus: Amator pauperum, largus, benignus super omnes, & multum misericors. Sedit ann. 6. mens. 5. Plat. adijciunt alij di. 8. uacat sedes. di. 20. &c.

Anno 643,

74 MArtinus 1. Tudertinus prouincia Tusciæ. Hunc quidam uolens confodere extracto gladio cecitate percussus est, Cornipol. Idem S. pontifex propter Veritatem in exilium missus, ubi multa miracula operatus, à Constantino 4. Imperat. Qui à Paulo hæretico sic persuasus. Sedit an. 6. adijciunt al. mens. 1. di. 20. al. di. 26. uacat sedes di. 28. &c.

Concia

TOLEtanum. 7. 38. episcop. Explicit.
LATeranense Episcop. 105. contra Paulum Constantinopolitanæ urbis Episcopum hæreticum &c.
TOLetanum 8.
TOLETanum 9. Calend. Nouemb. ab Episcop. 16.
TOLETANum 10. ann. 8. Reccesiunthi regis.

S. Iodocus sub Constantino filio Eraclij & Eudoxie, circiter annū 643: heremiticam uitam elegit. S. Iodocus

Rhodus à Saracenis capta. Sab. Ennead. 8. lib. 8. &c.

EPiscopatus ARGentinensis.

Sub Martino. 1. præfuit & profuit S. Amandus 1. Episcop. Argentinen. ob uirtutem meritò Amandus, anno Christi 596. obijt ex febre anno ætatis suæ 90. octauo Eidus februarij: de quo Robertus Gagninus lib. 3: de gestis Frācorum. Sub hoc Episcopo Argentinen. Cænobium Schutteranum fundatur. Offenburgum extruitur. NEuwyler fundatur, & saltzense cænobium, &c. S. Amād. primus Antistes Argentoratensis. Schuttern. Offenbur. Neuwiler. Saltzen. extruntur.

2. IVSTVM. *ann. 2.*
3. MAXIMINVS. *an. 8. sedit in episcopatu.*
4. VALENTINVS, *an. 5.*
5. SOLARIVS. *ann. 6. &c.*

*Episcopatus Argentinensis supra 14. in longitudine: ac 7. in latitudine miliaria non habet. Floruerunt à multis annis, in Episcopatu Argentoratensi, multa diuersorum ordinum monasteria, ut de reliquis ordinibus taceamus solius ordinis. S. Benedicti, fuere Abbatiæ 11. &c.*

*Sed ad Martinum primum. Hic uotum casti tatis clericis imposuit in iugum suauitatis. Vo laterra.* De VOTO CA*stitatis. loquitur dominus Matth. 19. sunt Eunuchi, inquit, qui se castrauerunt propter regnum dei. Qui potest capere capiat. Et Paulus 1. Cor. 7. de uirginibus præceptum domini non habeo consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à deo, ut sim fidelis. Et iterum. Qui non iungit uirginem suam matrimonio; melius facit. Audis hic penes arbitrij libertatem relictum, siquidem uelis te perpetuæ continentiæ deuouere, castrare, consilium enim dans, indicat rem factu poßibilem, nam circa impoßibilia, nulla fit consul-*

Votum castitatis.

*consultatio. Proinde quod semel factum est, non erit prorsus impossibile. Atqui Christus apertis uerbis testatur & confirmat quosdam se castrasse. Non igitur impossibile factu. Tentamur quidem à carne, at fidelis est deus, qui non patitur nos tentari supra id quod possumus, sed facit cum tentatione prouentum: Inter omnia Christianorum certamina duriora sunt prælia castitatis, ubi quotidiana pugna & rara uictoria, ait Augusti. in lib. de agone Christiano.* παρθενίην τηρεῖν, *inquid Phocylides. Quum enim semel amissa fuerit non facile recuperatur.* Id est uirginitatem custodi. *Et Idē Phocylid.* τὸ ζῆν ἀλύπως ἀνδρὸς ἐστιν εὐτυχοῦς, *id est. Feliciter agit cui sine angore uiuere contigit. Sic plato in Phedrone, in mortificatione carnis uirtuosum se gloriatur. Sic Chilon Lacedæ: inquit.* ἐγκράτειαν ἄσκει, *&c.* Id est continentiam exerce. *Libidinem ensem diaboli, uocat D. Hieronij. Vide Cecilium Cyprianū lib. de beata uita.* HAEC *est illa castitas & uirginitas. quæ uirorum carnes integre seruat, & in amaritudine pænitentiæ motus malos castigat. Sicut enim nulla gemma gratior oculis uiridi smaragdo: Sic hæc gratior est angelis & oculis domini. Quæ omnium regina uirtutum, soror angelorum,*

Castitatis laus.

Vide Ioh. clymacū claruit an. domini 341.15. gradu. &c.

O 3 Libidi-

*Libidinum uictrix: Fidei trophæum:* Hanc dæmones *ex cordibus piorum nituntur euellere, sed mens & intentio indiuisa resistens eam custodit illesam.* Qui casti sunt, *inquit* Paulus, *indiuisi sunt:* Templum sanctum domini sunt, Corin. 3. & *quanto angelus homini est superior, inquit* Damasce. *lib.* 4. *tanto uirginitas est nuptijs honorabilior, &c.* De *continentia sacerdotali,* Exo. 19. *Hæc est illa* CONtinentia, *per quam cupiditas, seu appetitus, consilij gubernatione regitur: per illam modestiam pudor honestus claram & stabilem comparat authoritatem.* At *oggamniunt nasutuli.* Aliquibus *non est possibile secundum naturæ suæ inclinationem, seruare castitatem & continentiam, propter uehementem suæ carnis propensionem ad libidinem, longe magis ergo expedit illos habere uxores, unusquisq; suam, quam prolabi in concubinatum, aut consimilia probra ac flagitia.*

1. Cor. 7.

Cauilli remotio.

RE*sponsio.* Nemo *adigitur aliena ui, aut cogitur ad suscipiendos sacros ordines* Ecclesiasticos, *sed cuiq; relinquitur liberum aut illis initiari, aut eos sinere ualere:* Et *ergo quicunque sacros ordines accipit, sua sponte & ultro seipsum legi continentiæ & cælibatus subijcit, &c.* Sic Cyprian. *martyr lib. de*

singu-

ſingularitate clericorum, cap. 1. clericos, inquit, debere fœminis non cohabitare Christus reuelauit & Leui 21. Moyſes eadem inſinuat: Scortum & uile proſtibulum, inquit, non ducet Sacerdos uxorem nec eam quæ repudiata eſt à marito, quia conſecratus eſt deo ſuo & panes propoſitionis offert. Sit ergo ſanctus, quia & ego ſanctus ſum dominus qui ſanctifico uos. &c. De continentia clericorum & uoto caſtitatis, uide 1. Reg. 21. Ioel. 2. Zach. 9. 1. Tim. 3. & 5. 6. 11. Heſa. 56. Sap. 8. Ro. 7. &c. Auguſt. Tractatu 13. in Euang. Ioannis. Epiph. contra Montaniſtas. pag. 194. & contra Catharos pa. 226. et contra Apoſtolicorum hæreſim, pag. 243. Auguſtinum de bono uiduitatis, cap. 8. 9. 10. 11. Tertullia. lib. 1. ad uxorem. pag. 533. Et de Monogamia, pa. 599. Origenem Tracta. 18. in Matth. cap. 21. Orige: contra Celſum lib. 3. pag. 614. Cyp. lib. 1. epiſt. 11. Chryſ. in 1. Tim. 3. Hom. 19. Ambroſ. ad uirginem lapſam cap. 5. & in 2. Co. cap. 11. Concilium Chalcedonenſe Cano. 15. &c. Quare continentia clericis ſit indicta uide Hieron. in epiſtol. ad Oceanum. Et Ambroſium in epiſtolam ad Timotheũ, ita ſcribentem. Veteribus iccirco hoc cõceſſum eſt Leuitis & ſacerdotibus uxores ad uſum habere, Nota

*quia mulum tempus otio uacabant à ministerio aut sacerdotio, Multitudo enim erat Sacerdotum, & magna copia Leuitarum.* Et *unusquisq; certo tempore seruiebat diuinis ceremonijs secundum institutum dauid.* Hic *enim 24. classes constituit sacerdotum, ut uicibus deseruirent.* Vnde Abia. *octauam* Classem *habuit,* 1. Para. 23, *cuius uice* Zacharias *fungebatur sacerdotio, sicut continetur in* Paralipome: Ita *ut tempore quo non illos contingebat deseruire altari, domorum suarum agerent curam.* Vbi *autem tempus imminebat ministerij, purificati aliquantis diebus accedebant ad templum offerre deo.* Nunc *autem 7. diaconos esse oportet, aliquantos presbyteros, ut bini sint per ecclesias, & unus in ciuitate* Episcopus, *ac per hoc omnes à conuentu fœminæ abstinere debere.* Quia *necesse est eos quotidie in ecclesia præsto esse, nec habere dilationem. ut post conuentum purificentur, sicut ueteres. omni enim hebdomada offerendum est, etiamsi non quotidie peregrinis, incolis tamen uel bis in hebdomada; & non desunt qui propè quotidie baptizētur ægri,* Nā *ueteribus ideo cōcessum est, quia multo tempore in templo non uide-*

uidebantur, sed erant priuati. Si enim plebis hominibus orationis causa ad tempus se abstinere præcipit, ut uacent orationi, quantò magis Leuitis aut sacerdotibus, quos die noctuq; pro plebe sibi commissa oportet orare? Mundiores ergo debēt esse cæteris, quia Actores Dei sunt, &c. Hæc Ambrosius. Epicurici ergo habendi, non Christiani, qui non fatentur satius esse nubere, quàm uri: (Ambros. ad uirginem lapsam, cap. 5.) Sed non minus errant ij, qui hodie se ecclesiæ reformatores obtrudunt, & propter abusum, à professione catholica deficiunt, &c.

Anno 650.

75 EVGENIVS I. Romanus, clericus à cunabulis, ex patre Ruffiniano. Sedit an. 2. (al. 3.) mens. 8. (al. 9.) di. 24. uacat sedes mens. 1. di. 28.

Hic ad delicta clericorum punienda, carceres Episcopis concessit: Volat.

Sub hoc CABILONENSE concilium in Gallijs celebratum.

ANNO 656. alij 653.

76 VITAlianus, aliâs Vitellianus, Signẽsis pro uinciæ Campaniæ, de Patre Anastasio. Sedit an. 14. mens. 6. Impera. Constante. uacat sedes mens. 2. di. 13.

Hic regulam ecclesiasticam ac rigorem (ut mos erat) omnimode conseruauit.

Insignis templis cantum instrumentalem, figuralem, et organa introduxit, Plat. Volat, &c.

Concilia.

Circa tempora Vitaliani, Concilium TOLEtanum 11. anno 4. Bambæ regis, 7. Idus Nouembris.

BRACARENSE 3.

CONstantinopolytana synodus contra Sergium.

S.Getrud. Rex persarũ cũ uxore Cæsarea & 40000. hominum Constantinopolim proficiscentes, baptizantur: Platin.

S. GERtrudis filia ducis Brabantiæ agno-

V.Beda. scitur, Volat.

BEDA uenerabilis floret.

S. Quinti. S. QVINTINVS martyr, genere nobilis, ciuis Roma, apud Ambianum urbem sub Rictionario præside passus est temporibus dio-

cletia-

*cletiani & Maximiani: circiter annum uerò Christi 657. pridie Calen. Nouembris huius animæ ergastulum, leuatum est, Ambiani sepultus, &c.*

*Circa hæc tempora floruit* S. ARBOgastus *sextus* Episcopus Argentinensis: Sigibertum *unicum filium* Dagoberti *suscitauit, sedit in* Episcopatu *ann. 27. obijt anno domini 668. alij 658. successorem habuit* Rotharium. S. ARBOgastus Episc. Argẽ. Rubiacũ datur Arbogasto.

*Sub* Dagoberto *erectum est cœnobium alsaticum uulgò* Eberschen Munster, *ditißima* Abbatia, *huic hodie summa cum laude præest & prodest industrius & perspicax* D. Matthias Koler Sueuus, *omnium studiosorum Mecænas.* Eberschen Munster.

### Anno 667.

77 ADEOdatus, Romanus: *ex* Monach. *ann. 671. ponit Carranza: Vir religione & omni comitate præditus. Sedit an. 4. mens. 2. di. 5. temporibus Constantini Pogonati uacat Sedes mẽs. 4. di. 15. &c.*

### Anno 672.

78 DONVS, Romanus: ex patre Mauritio. *sedit an. 1. (alij an. 2. alij an. 5.) mens. 2. (al. 5.) di. 5. (al. 3.) uacat sedes mens. 2.*

*Sub hoc conuocata est Synodus Constantinopolitana sexta, (alij ponunt cæptam sub* Agathone, *sub* Leone *uerò 2. absolutam) contra Sergium & consectaneos. Qui impie docuerūt unam uoluntatem & unam operationem in dispensatione incarnationis domini nostri* IESV CHRISTI, *&c.*

*Idem* DONVS PP. *tantum doctrina & sanctitate uitæ adeò floruit, ut* Rauennatum *ecclesiam iam pridem à* ROMANA *segregatam, Sedi Apostolicæ obtemperantem reddiderit.*

*Hic* PP. *Clerum in uarios ordines distinxit.*

*Atrium* PETRI *marmore strauit.*

*Templa ædificijs ornauit,* Plat. *&c.*

*Anno 673.*

79 AGATHO *Siculus, ex Monacho pontifex creatur: uir adeo benignus & mansuetus, ut uniuersis hilaris & iucundus comprobaretur, & tantæ sanctitatis, ut leprosum obuium factum osculo suo statim liberauerit. Sedit an. 2. mens.*

*6. di.*

a.di.4.(al.15.) uacat sedes an. 1. mens.5. uide Blondum.lib.9.

Cõcilium TOLETANVM 12. circa hæc tempora, anno primo Eringi regis.

Pestilentia ingens ROMAE orta, &c.

Anno 675.

80 LEO 2. Siculus, ex patre Paulo: uir in humanis & diuinis scripturis sufficienter instructus: Græca & Latina lingua eruditus: Pauperũ amator. Sedit mens. 10. di. 17. uacat sedes mens. 11. di. 21.

Hic pallia gratis danda censuit.

Idem indies Baptisma fieri posse, concessit, Volat.

Pacem dare post AGNVS DEI statuit, Cornipol.

Idem cum DONO prædecessori suo, anathematizauit Macharium Antiochenum Episcopum unà cum consectaneis uolentibus unam tantum in Christo uoluntatem fuisse.

S. FLORENTIVS 7. EPISCOP. ARGENTI.

Circa hæc tempora claruit in Episcopatu Argentinensi. S. FLORENTIVS scotus, Ra-

Hasela ex-truitur. Kircheim donatur.

*Rathildæ filiæ* Regis(*à natura cæcitate percussa*)Dagoberti,*uisum restituit.* Rexit Episcopa-*tum an.12.obijt anno Christi 676.*

*Successores.*

8. ANSOALDVS,*an.6.*
9. BIVLFVS,*an.8.*
10. MAGNVS, *an.6*
11. ALDVS *tempore* Heraclij,*an.21.*
12. GAROYNVS,*an.7.*
13. LANDEBERTVS.*an.6.*
14. LOTHARIVS,*an.5.*
15. RODOBALDVS,*an.3.*
16. MAGNEBERTVS,*an.5.*
17. LABYOLVS,*an.7.*
18. GVNDOALDVS,*an.4.*
19. GANDO.
20. VTO,*an.6.&c.*

81 BENEDICTVS 2. *Patria Romanus: uir in rebus diuinis* Doctißimus *, cuius uita concordabat cum nomine ,* Cornipol. *Sedit ann. 1. mens. 10 , ( alij 12 , ) uacat sedes mens.2.di.15.*

Hic

Hic electionem pontificis liberam à Constantino impetrauit.

Anno 685, alij 679.

82 IOHANnes 5. Syrus: uir singularis religionis & mansuetudinis, Constãtino Pogonato Impera. circiter annum domini 685. sedit ann. 2. (alij 1.) uacat Sedes di. 2.

Hic PP. summum pontificem consecrari ab OSTIENNS. PORTVENSI & VELITERNO Episcopis, uoluit. Volat.

Anno 686.

83 CONON, uel Zeno, Thrax: uir deuotus, qui nunquam se caussis ac actibus secularibus immiscuit: Sedit ann. 11 (alij mens. 11, alij 10.) Imperante Iustiniano: uacat sedes mens. 3.

S. KILIAnus cælestis sapientiæ præco. anno 688. Sub hoc Pertharis rex Longobardorum Italiæ præfuit, Sabelli. S.Kilian.

Anno 689, alij 681.

SER-

84 SERGIVS 1. *Antiochenus, uir magnæ sanctitatis an. ut supra electus. Sedit an.13. (al. 14.) uacat sedes mens. 1. di. 20.*

*Hic* AGNVS DEI *Missæ adiecit, Sabell. Quod tamen Leoni 2. adscribit Corniepoli. &c.*

*His diebus* Rex *Angli Saxonum* CEdoaldus, *ad Christum conuersus est, & tendens* ROMAM, *à* B. *Sergio* PP. *Baptizatus, Petrus nominatus est, Qui adhuc in albis existens, uitam temporalem finiuit, recepturus à* Deo *sine fine perpetuam, Vrspergen.*

VVICHO *Episcopus Augustanus 5. circiter annum 686.* Rexit. *Episcopatum an.18. Successorem habuit* PERIOCHNEM *Comitem* Brigantinum, *& hic an.20. præfuit.*

*Circiter annum 698. Carranza habet an 690.*

Martyr. *85* IOHANNES *6. Græcus. sedit an. 3. uacat sedes mens. 1. di. 19.*

*Sub hoc floruerunt Strabo &* Haymo *Bedæ fratres, &c.*

Tempore *huius* Poncificis *Saraceni occupata* Libya *&* Aprica, *transmisso* Atlantico *freto, omnes*

*omnes Hispanias præter Astures & Cantabros occupant.*

86 IOHANNES 7. *Græcus sedit an. 2. (alij an. 3. mens. 7. di. 8.) uacat sedes mens. 3.*

*Isti duo Ioannes 6. & 7. uitæ integritate cōspicui extitere: Quorum unus Martyr. Alter* Oratoriū B. MARIAE *construxit.* Cornipol. *S. MATTHIAE magnificum extra muros Treuerenses cœnobium Monachorum Benedictini instituti inchoatum est circiter annum Christi 700.* Cœnobiū S. Mathiæ Treuericum.

87 SOSIMVS, *qui & Sisinius, Syrus, sedit di. 20. uacat sedes di. 17.*

88 CONSTANTINVS 1. *Syrus, circiter annum Christi 700.* Cornipol. *sedit ann. 7. adijciunt alij di. 15. uacat sedes mens. 2.*

*Hic statuit ne* Imperatoris *hæretici nomē publicis aut priuatis scriptis reciperetur*, Plat.

*Sub hoc Concilium* TOLETANVM 13. *anno 4.* Regis Eringij: Mirandeñ. Cōcil. Toleta. 13.

*Huic Iustinianus* Imperatorum *primus* Con*stantinopolim uenienti pedes osculatur.* Iustinianus pedes pontificis osculatur.

*Philippicus* Bardesanes 70. Imperator *occiso Iustiniano &* Tiberio *eius filio, in hæresim* Ho*mousii lapsus, à Constantino* Pontifice Romano *scismaticus declaratur, sab. 8. lib. 7.*

P S. Ca

S. OSValdus, claruit circiter annum 705. temporibus Tyberij 3.

ETHonis Monaste. Cella Monachorum, hodie Ethonis monasterium, Benedictini instituti uetustissi. cœnobiũ ad Nigram syluam propè Kentzingum nõ procul à Rheno situm, fundatũ legitur circiter annũ Christi 700. à Vuiggero, uel Vuigerno Episcopo Argentoratensi 21. Huic successit ANDELfridus Episcopus 22. qui profuit an. 4. &c.

E.ARG. Vuiggerus. Andelfrid.

Anno 708. Mirandeñ.

Gengebacũ extruitur circiter annũ 724. cui hodie preest summa cũ laude Abbas Gisbertus repius & integritate uitæ cõspicuus.

89 GREGORius 2. Roma ex patre Marcello, uir diuina scriptura eruditus, facundus eloquẽtia, constans animo: ecclesiasticorum dogmatum defensor: et contrariorum fortissimus impugnator, Leone Iconomacho Imperat. 68. Sedit ann. 16. (alij 17.) mens. 8. (alij 9.) di. 20. (alij 12.) uacat sedes di. 15.

Sub hoc, synodus AVguste Vindelicorum celebratur, circiter annum 710. cui interfuit S. Bonifacius.

Nota. Idem pp. multos Germanos Baptismi causa uenientes RHOmam suis manibus baptizauit, Plat.

S. Bonifa. S. BONIfacius, Apostolus Germaniæ, his tem-

temporibus Archiepiscop. Moguntinus, ætatis suæ 60. circiter annum domini 755. à Frisiis occisus: Sabelli. En. 8. lib. 7. Platin. &c.

Cænobiũ MVRBa.

MVRBAchium, uel mortwegium, antiquitus uerò peregrinorum uiuarium dictum, cænobium Benedictinæ professionis, in superiori ALsatia, (dulcissima patria est) ad montana uosagi situm, fundatũ legitur anno 724. alij 730. præsidet hoc nostro seculo illustris & pientissimus princeps IOANNES RVDOLPHVS Sthör, liberalitatis & doctrinæ dotibus Reuerendissimus.

AVGIA diues, cænobium Benedictinũ olim.

AVGIA diues uulgo die Reichaw, olim Sindleosana, fundatur anno Christi 724. à S. PRIMINIO Episcopo.

Inundatio maxima ROMAE his temporibus: similis inundatio sub Clemente 7. anno domini 1530. die 8. Octobris.

*Anno domini 729. Carranza.*

90 GREgorius 3. Syrus, ex patre Iohanne: uir mitissimus, ualde profundus in diuinis scripturis: Græce & latine eruditus. Sedit an. 10. mens. 8. (al. 9. di. 25. al. 24.) uacat Sedes di. 9.

Hic ROMAE Synodum celebrauit in qua

*propc M.interfuiſſe leguntur epiſcopi, Pigh.* In *hac Leonem cum ſuæ impietatis aſſertoribus, ecclesiaſtico anathemati ſubiecit, & peſtem illam Iconomachorum atro carbone notauit, & eccleſiaſticæ cenſuræ mucrone iugulauit circiter annum 718.*

Iconomachi, & Iconoclastæ sub Leone Imperat. nunquam enim ſibi conſtans græca leuitas & mobilitas.

Nā Deus eſt quod imago docet ſed nō Deus ipſa.
Hāc recolas, ſed mente colas quod cernis in ipſa.

*Græce pictura* ζωγραφία, *id eſt, uiua ſcriptura uocatur. De imaginū uſu Pighi. Eccl. hier. lib. 1. cap. 6. &c.* Hanc *inſaniam (contra imagines) hodie reduxit et retexit recentior hæreſiarcha* Iconoclaſta.

*Arrianum dogma in Hiſpa. repullulat, Michaël Ritius.*

*Anno 2. Imperij Conſtantini Coſmas Alexādriæ patriarcha unà cum tota ciuitate à Monothelitarum cacodoxia rediјt ad orthodoxiam.*

*Circiter annum 730. Toringis (Natio Gothorum.)* Francones, SVEVI *à S.* Bonifacio *epiſcopo, fidem Chriſtianam amplexati ſunt.*

S. Bonifacius prius dictus Vuunefri.

FABARIVM, *uel* Fauarium, *Germanicè* Pfeffers *ordinis D. Benedicti in* CHVRIENSI *Diocæſi, fundatur à S. Pyrminio anno 734.*

Anno 740.

91 ZACHARIAS, *Græcus: uir mitißimus atq; suauis, tardus ad irascendum, Constātino & Eirene Imperantibus. Sacerdotis summi sedem possedit, an. 10. mens. 2. (al. 3.) di. 15. uacat sedes di. 9. alij 12.* Archiepiscopatus Coloniæ erigitur.

*Extat epistola huius pontificis Romæ ad S. Bonifacium Archiepiscopum Moguntinensem.*

S. OTILIA, *tempore Hilderichi, regis Francorum 14. sanctitate insignis habetur.* Otilia.

*Circa hæc tempora anno Christi 479. fundatum est & erectum Monasterium* SVARTZAHA *ordinis S. Benedicti (nomen tūc habens Arnolfesaugia) à Ruthardo comite Zaringensi.* SVARTZAHA

KiczinGENSE *moninalium cœnobium, fundatum est anno 745.* Kiczingē. cœnob.

FVLDENSE *Monasterium fundatum et constructum est à S. Bonifacio anno 744.* Fuldense Monaste.

*Anno 750.*

92 STEPHANVS 2. *Romanus, uir singularis religionis prudentiæ. Sedit an. 5. adijciunt alij di. 28. uacat Sedes di. 5.*

*Hic pp. Pipinum Francorum regem, & Romanum patritium dixit.*

S. BONIFACIVS *Archiepiscopus Ma*

S. Bonifacij sanguinem fuderunt Busactores. guntinus martyrizatur. Non. Iunij: Hic iussu Stephani 2. Pipinum Caroli patrem unxit in regem Galliarum.

S. Lāpert. S. LAMpertus Episcopus & Christi uictima, passus est 15. Calend. Octob.

Pipinus Rex Parlamentum instituit, anno 757.

Circiter annum 760.

93 PAVlus 1. Romanus. Sedit an. 10. mens. 1. (al. 10.) uacat Sedes an. 1. mens. 1.

Nota. Hic carceres et Xenodochia intrans, miseros donis & placidis exhortationibus consolatus est.

Idem templa Christianorum consecrauit, Volat.

| | | |
|---|---|---|
| Episcopatus | Monasterien.<br>Bremens.<br>Minden.<br>Halberstat. | erigitur. Corni- pol. |

S. DAniel Leuita & Martyr Padue (olim Antenorea dicta) in Cathedrali ecclesia sepultus, cuius corpus repertum & leuatum est anno domini 767.

Anno

Anno 770.

94 CONſtantinus 2. tyrannicè Papatum inuaſit, ſed tandem zelo fidelium eiectus, euulſis oculis ignominioſe pœnas dedit. Sedit menſ. 1. di. 1. Carranza habet an. 3. menſ. 5.

CAMPIdonenſe ordinis S. Benedicti cœnobium fundatum anno 777. Primus Abbas Andogorius anno 782.

MARCMANnus Epiſcopus Auguſtanus, præfuit an. 29. anteceſſorem habuit ZEIſonem.

Anno 771.

95 STEphanus 3. Siculus. Romanæ ſedi an. 4. præfuit; alij habent an. 3. menſ. 5. di. 28. uacat Sedes di. 8.

Hic concilium LateRANENSE celebrauit contra Conſtãtinum pſeudopontificẽ, in quo etiã ſtatutum, nullum niſi per ordines eccleſiaſticos, pontificatum poſſe acquirere. Item ut reſtituantur Icones templis, Plat. Volat.

Idem PP. in Litanijs nudis pedibus inceßit, Plat.

Anno 774.

 ADRIANVS 1. *Romanus. Sedit ann. 24. alij 23. uacat Sedes di. 3.*

*Hic in Lateranẽſi atrio 100. pauperibus quotidie uictum ordinauit*, Plat.

*Sub hoc Apoſtolicas tabulas obſignari cœptũ: Nam antiquius non reperitur ſigillum plumbeũ*, Poly. *lib. 8. cap. 2.*

CArolus *Magnus* ROMAM *ueniẽs, expugnato* Deſiderio *Lõgobardorum rege, pedes põtificis ſedentis in loco* Dei *oſculatur*, Blond. *Acmil. &c.* Idẽ CAROLVS MAGNVS *ad defenſionem* S. *Roma. Eccleſiæ et ditionum eius, teſtamento obligauit filios*, Campenſis *eccle. hier. lib. 5. cap. 16.*

Iconomachi hæretici repullulant.

*Sub* ADRIANO *celebrata ſynodus 2.* NICæna *cõtra* Iconoclaſtas *ſeu* Iconomachos *anno 781. imperantibus* Conſtantino *&* Eirene *eius matre.*

*Idem pp.* Tharaſium *Archiepiſcopum* Conſtantinopolitanum *confirmauit 8. Calend.* Ianua. Eutropius *lib. 23.*

Eccleſiaſtica cenſura cohibet tyrannum.

Deſideriũ *Longobardorũ regem*, ROmam *proficiſcentẽ*, ADRIanus PP. *ſub anathematis interminatiõe prohibuit, ne Romanæ eccleſiæ terras ingrederetur, quæ apud ferociſſimum atque impium Longobardum tanti momenti extitit, ut*

confu-

*confusus tacitusq; retrocedens Papiam reuersus sit.*

*Præfuit huius temporibus* ARG*entinensi* ECCl*esiæ* HE*ddo filius comitis Habensburgij, profuit ann. 8. obijt anno do. 780. Cui successit* AVL*idulfus epis. 24. In ordine: Rexit ann. 10. &c.* Episcopi Argentin. Heddo. Aulidulfo

S. VVICT*erpus, Episcopus Augustanus, sedit in episcopatu an. 16. tẽporibus Caroli Magni, circiter annum 782. successorem habuit* TO*ssonem, Cui successit* SIM*pertus monazonta Muerbacensis, Caroli magni consobrinus. Hunc sequutus est* HA*nto comes de Andechs Vindelicus, &c.* Episcopi Augusta. Wicterpus. Tosso. Simpert. Hanto.

*Saxones à Carolo magno domiti, conuersi sunt ad fidem Christianam anno 785.*

*Oppidulum Brisgoicum* ETTENHEIM *ædificatum.*

*S. Magnus episcopus floruit.* S. Magn.

*P. Diaconus Monachus casinensis cœnobij, ordinis S. Benedicti, Natione Italus, temporibus Caroli Magni, an. dom. 780. Tritthemius.*

*Anno 798. Miranden.*
*alij 813.*

97 LEO 3. *Germanus: uir castus & integer: doctorum uirorum ita amator, (uide eutropium lib. 23) ut eos undequaq; premijs alliceret eorumq; consuetudine mirum in modum delectaretur praeterea uerò aegrotos uisere, Eleemosynas praebere, praedicationibus incumbere ei peculiare fuit. Sedit an.20.men.5.di.16.uacat sedes di.3.*

*Sub hoc concilium* Moguntiae *celebratum, anno salutis 813.* Idibus Iunij. *ubi statutum. Fidem Sine operibus esse mortua n.&c.*

Nota.

*Leonis* Rom. Pontif. *accusatores criminatoresq;* Carolus Magnus *capitali sententiae addixit, eiusdem tamen benignitate & interuentu saluati sunt.*

Episcop. Argenti9: Remigi9. Recco. Aschaw cænobiũ fundatur.

*Emicuit circa haec tempora in* Episcopatu *Argentinensi* REmigius ALsaticus *episcopus 25. praefuit ann. 20. obijt anno* Christi *803. 13. Calen. Apr. &c. erexit caenobium Aschoue. Huic successit* REcho Episcop. *26. Sedit ann. 8.*

Remensis *Synodus anno domini 813. cõgregata sub* Leone *3. per pijssimum Carolum*

Leberaw.

LEboracensis *praepositura iuxta montana* Vogesi *fundata à* Carolo Magno, *anno 814.*

S. Gui-

S. Guilielmus confessor dux Aquitaniæ se inclusit anno 806. S. Guiliel.

Anno quarto Imperij Eirenæ octaua calendas Ianuarij, Indictionis nonæ, Leo 3. tanquam Ecclesiasticæ hierarchiæ princeps, Carolum regem Francorum magnum coronauit, & Occidentis Imperatorem pronunciauit, uide Eutro. lib. 23.

Sub Leone celebratum concilium VVormatiense, alij reijciunt illud in ann. 1122. temporibus Henrici V.

Anno dom. 819. Carranza.

98 STephanus 4. Romanus. Sedit mens. 8. al. an. 3. mens. 7. uacat sedes di. 11.

Is in Galliam profectus est, coronauitq; Aquisgrani Ludouicum Imperatorem: Eius filios reges creauit, Lotharium Italiæ: Pipinum Aquitaniæ. Ludouicum Noricorum, Ioha. Car.

Anno 822. Miranden.

99. PAschalis 1. Romanus: Sedit ann. 4. mens. 6. di. 24. Alij ann. 7. mens. 2 di. 17. uacat sedes di. 18.

Sub

*Sub hoc pontifice, S. Marci corpus Venetias translatum est, Sabelli. En. 8. lib. 9.*

Dania cõuert tur — *Dania & SVetia ad fidem Christi conuer si, Saxo grammaticus.*

S. Cecilia. — *S. Cecilia Virgo & martyr passa est sub Almachio Vrbis praefecto tẽpore Marci Aurelij & Commodi imperatorum, 10. Calen. Dec. Huius corpus leuauit Paschalis PP.*

*Anno 829.*

100. EVGenius 2. Romanus. *Sedit ann. 4. adijciunt alij mens. 6. di. 42. ponunt alij tantũ ann. 3.*

*Sub EVgenio Synodus apud uillam Theodonis celebrata, per Carolum magnum congregata, ad cohibendum praesumptionem quorundam*

Nota. — *tyrannorum in sacerdotes domini grassantium.*

*Anno 833.*

101. VALentinus, Romanus: *ex diacono, Sedit di. 40. Plat. uacat Sedes di. 3.*

*Hisce temporibus puella 12. annorum accepta Eucharistia, sex mensibus in pane & aqua ieiunauit, & deinde triennio ab omni cibo & potu abstinuit, Cornipol.*

Schwarz-

SCHwartzaha transfertur, tempore Vtonis Episcopi Argẽtinensis 27. an. Christi 845.

Vtoni successerunt.

28 ERLehardus, ann. 7.
29 ADELochus, ann. 10.

Ann. 833.

102 GREGorius 4. Sedit ann. 16. sunt qui uolunt post mortem eius, an. 18, mens. 7. di. 9. Sedem uacasse. Vacat Sedes di. 15.

Ne Christi serui ulla seruitute humana aut ciuili tenerentur instituit. Serui Chrĩ liberi ab omni exactione.

Prouentus annuos singulis ecclesijs idem PP. ordinauit.

Hic Festum omnium Sanctorum confirmauit, Plat. Volat. &c. Festum omnium Sãctorum

S. NEODogarius seu Nycarius Abbas Vtenburensis, in Episcopum AVgustanum electus est ann. 839. præfuit ann. 4. cui successerunt. S. Neode.

VDalmannus Sueuus.
VVIcherus, Heluetiorum Apostolus.
LAuto, Episcopus Augustanus 16. &c.

Domi-

Dominarum Monasterium in sinistra Limagi situ, uulgo **Frawenmünster zů Zürich** fundatur anno domini 833.

**Frawenmünster / cænobiũ.**

MAriæ Monasterium wormaciense, Cisterciensis hodie instituti, Nobilium puellarum: fundatum legitur an. 840.

Saxones zythobibuli à Ludouico uincuntur Plat.

Anno 849.

103 SErgius 2. Sedit an. 3. alij an. 2. di. 2. alij an. 2. men. 1. di. 3. sub Lothario primo cæsare. uacat sedes mens. 2. di. 15.

Hic primus pontificum nomen mutauit, cũ antea os porci diceretur, Plat. Quod ex imitatione Christi est factum, qui Simoni Bar Ionæ nomen Petro indidit.

BERtholdus Episcopus 30. Argentinensis profuit an. 7. successorem habuit VTonem 2. Sedit ann. 9.

Anno 851.

104. LEO 4. Sedit ann. 8. mens. 1. di. 4. uacat sedes di. 15.

Hic

Hic PP. *oratione præmissa Sarracenos* Ro*mæ iuxta* Vat*icanum prælio uicit.*

*Pedes populo deosculandos præbuit*, Plat. Volat.

Id*em oratione intensa & energitica* Basilis*cum* ROm*a expulit.*

*Is & angelicam arcem* Rom*æ extruxit.*

*Anno 858.*

Io*hannes sedit ann. 2. mens. 1. di. 4. sedes uacat mens. 1.* De *hoc ferunt quòd malis artibus pontificatum adeptus sit, quoniam fœmina existens, sexum mentitus est, & postea à seruo cõpressa doloribus circumuenta mortua est.* H*æc uulgò feruntur, incertis tamen & obscuris authoribus, inquit* Bartholomeus Carranz*a.*

*Anno 860.*

106 Benedi*ctus. 3.* Roman*us.* S*edit an. 2. (alij an. 3.) mens. 6. uacat sedes di. 15:*

IS *clerum funeri pontificis interesse uoluit eadem iniunxit episcopis, hæc* Platina.

*Circa hæc tempora* Hymnus, GLOri*a laus, à* Theodulf*o* A*urelianen: episcopo cõpositus est.* Funeri põtificis clerus intersit.

Here-

Heremitarum in Heluetijs peruetustum olim Idolion, nunc cænobium ordinis D. Benedicti celeberrimũ & opulentißimum, Germanica lingua zum Einsidlen, anno Christi 860, cæpit, temporibus Ludouici 2.

Einsidlen

Anno 862. Mirandens. Alij 858.

107. NIcolaus 1. sedit an. 9. (al. 10.) mens. 6. di. 21. sub Ludouico 2. Cæsare: Alij temporibus Lotharij sedisse dicunt. uacat sedes an. 8. mens. 7. di. 20. hæc doctor Iacobus Mēnelius in catalogo Cæsarum & pontificum.

Concubinarijs sacrificantibus nemo adstet.

Is PP. concubinarijs Missarum celebrationem uetuit, & adstantes auditores ab ea missa reuocauit.

Idem Regem Bulgarorum ad S. ecclesiæ Romanæ fidem perduxit. Volat. Plat.

Extat antiqua & insignis epistola Nicolai PP. ad Michaëlem Imperatorem Constantinopolitanum.

S. Adelbe.

S. ADalberus comes de Tilligen, Episcopus Augustanus 17. circiter annũ 871. præfuit an. 16. successorem habuit HILdenium.

Anno 872. Miran.

ADria-

108. ADrianus 2. Rom. Vir bonus et doctus. Sedit ann. 5. Pla. al. mens. 9. di. 12. temporibus Ludouici 2.

Alfredus, seu Aluredus sextus Rex Anglorum regia corona ab Adriano PP. decoratur, anno 872. Polyd. lib. 5. &c.

Sub hoc PP. Græci primo usi sunt campanis Venetorum beneficio, Sabell. Conc. Cōstantin. 8.

DAlmatæ fidem Christi amplectuntur, Blō. 2. dec. 2.

Sub hoc synodus uniuersalis 8. Constantin. ann. Basilij Imperatoris 3. Sab. En. 9. lib. 1.

Cariopolis extructa circiter annum 876.

Anno 877.

109 IOHannes Sedit ann. 10. di. 2. sub Ludouico 2. Imperat.

Is pontifex quatuor libris uitam S. Gregorij explicauit, Sabelli. S. Remig. Antisidiorensis scripturam explicat, &c.

Guilhelmus pius dux Aquitaniæ ædificato monasterio Cluniacensi suis impensis Bernonem 1. Abbatem constituit, Plat.

RADolphus Episcopus Argentinensis 32. præfuit an. 7. obijt in domino 878

Successores.

33 GRimoldus, an. 7.

34 RAdolphus 2. an. 8. al. 10, moritur 11. Calendas decembris.

Anno 887. Miranden.
Alij 883.

110. MArtinus 2. malis artibus pontificatum adeptus. Sedit an. 1. mens. 5. Hunc alij Marinum uocant, sub Arnolpho cæsare. Arnolphus filius carolomanni, alij ducem Noricorum, alij filiũ Caroli 3. fuisse effutiunt, moritur phthiriasi tactus &c. uacat sedes di. 2.

Arnolphus.

111. ADrianus 3. Romanus, sedit ann. 1. mens. 2. al. 3.

Suffragia libera.

Hic tanti animi fuit, ut initio sui pontificatus Senatum populumq; retulerit ne in creando pontifice Imperatoris authoritas expectaretur utq; libera essent & cleri & populi suffragia. Sepelitur in Basilica S. Petri collachrymantibus omnibus tantum parentem sibi sublatum esse.

Anno 890.

112. STephanus 5. Romanus Sedit an. 6. alij an. 7. di. 9. uacat sedes di. 5.

Sub hoc, S. RIChardis uxor Caroli craßi, Scotorum regis filia, nunquam ab eo cognita, et tandem ab eo repudiata, circiter annum Christi 888. in Monasterio ANdlow antiquitus Andelaha ab eiusdem nominis fluuio, uitam uirgo clausit, P. Phryg. S. Richart Scotica uirgo. Andelaha extruitur. Vide Abbatem prumiensem et cuspinianum,

Regenhardus in Episcopum Argentinensem 35. suffectus illo tempore, profuit an. 12. mens. 6. dormiuit sexto eidus Maij.

Successor.

BALdramus aliâs Vualdramus Episcopus Argē. 36. Sedit, an. 18. obijt pridie Eidus Apri.

Anno 896.

113. Formosus Portuensis. Sedit an. 6. (alij an. 5.) mens. 6. uacat sedes di. 2.

Ingens dißidiū tum Romæ ortū de electione

Episcopi Argentinens.

37 OTBertus ann. 3.

38 Gotfridus, Caroli Magni ex sorore nepos, mēsibus 2. obijt 4. eidus Nouembris, eodem an. quo Otbertus interemptus est.

39 RIchuinus nobilitate preclarus, præfuit an. 15. mens. 6.

Anno 901.

114 BONIfacius 6. Thuscus Sedit di 26. alij 35. De tempore quo sedit in sede Petri, magna controuersia est inter scriptores temporibus Arnulphi, &c.

Anno 901.

115 STEphanus 6. Sedit ann. 1. al. di. 35. al. 15. &c. Acta Formosi rescidit & damnauit: Iam enim tunc cœperat, proh dolor, pontificum & uirtus & integritas deficere, Carranza.

S. Vrsicin. Anno domini 900. S. VRsicinus martyr, natione Ligur, arte medicus, passus est 4. Calē. Maij. Leuatus ab Honesto Archiepiscopo Rauen. ad Ecclesiam ad Vrsicinam, quæ Græce hagia anastasis, id est, sancta resurrectio dicitur.

Anno 902.

116 ROmanus 1. alij Hispanum dicunt. Sedit mens. 3. alij di. 21. uniuersa Acta Stephani improbauit, &c.

S. Hulder. Episcop. Augusta. S. HVLdericus Episcopus Augustanus 19. Comitis Hugbaldi Tilligensis filius, circiter annum 942. al. 903. Iacobus Mennelius doctor ponit an. 976. &c. rexit an. 50. Qui non tantum præfuit, uerumetiam profuit plurimum.

Successores.

HENricus comes de Geisenhausen.

VDAlgerus.

ETIchus.

Anno

Anno 901.

117 THEodorus 2. Romanus. Sedit di. 20.

Anno 902.

118 IOHannes 9. Roman. Sedit ann. 2. (al. di. 5. alij 15.) causam Formosi, habito conuentu 74. episcoporum. Rauennæ in integrum restituit.

Anno 904.

119 BENedictus 4. Roman. Vir pius & deuotus Sedit ann. 4. al. an. 3. mens. 4. uacat sedes di. 6.

Anno 907. Miranden.

120 LEO. V. Sedit di. 40. Quem Christopherus familiaris illius, honore pontificatus spoliauit, cupidine quadam dominandi.

Collegium dominarum in EREstheim (institutum tempore Adelochi Episc. Argentinen. Qui & collegiatam S. THome ecclesiam instituit) Leo 5. in commendatione habuit, cui multas reliquias transmisit. Erenstein in Alsatia. Collegiũ S. Thomę Argentin.

Anno 907.

121 CHRistophorus 1. pontificatum malis artibus adeptum amisit. E Sede deiectus, in cænobium detruditur, in monasteria enim tanquam insulas clerici male de ecclesia meriti relegabãtur. Sedit mens. 17. alij mens. 7. Exilium clericorũ olim monasteria.

Anno 907.

122. SErgius 3. Roman. Sedit an. 7. Is humatum corpus Formosi truncari capite iußit. Res plena horroris est uel legere uel meminisse tantam tyrannidem inter se mutuo exercuisse pontifices Romanos ( ô quantum degenerarunt ij à maioribus suis) & fieri non potuit in tanta crudelitate, ut pietatis christianæ ratio haberetur, ne cui mirum sit interim si qui abusus & peruersæ opiniones in ecclesiam irrepserint, Carranza. &c. uacat sedes di. 7. temporibus Ludouici 3.

Ordo CLuniacensis sub regula B. Benedicti in Burgundia inchoatur & confirmatur, anno Christi 913. Olympiad. 422. ann. 3.

Anno 914.

123. ANAstasius 3. Roma. Sedit an. 2. mens. 2. uacat sedes di. 2. temporibus Berengarij.

Anno 916.

124. LAndo, Rom. Sedit mens. 6. alij mens. 2. uacat sedes di. 26. al. 36.

Anno 917.

125. IOHAnnes 10. Sedit ann. 13. adijciunt alij men. 2. miserè interijt uacat sedes di. 12.

Circa hæc tempora Saraceni Aphricam, Ca-

labri-

labriam, Apuliam, Beneuentum, & alia loca occupabant: Quos Iohannes PP. auxilio Henrici Imperatoris, qui anno Christi, ut suprà, electus est, uicit. Saraceni uicti.

An. do. 920. domiti Brãdenburgenses ab Hẽrico 1. Fidei Christianæ ceruices suas submiserunt. Brandenburgenses conuertuntur.

S. Odo abbas Cluniacẽsis cænobij claruit tempore Henrici 1. & 2. Imper. quieuit in domino 13. calend. decembris. S. Odo.

Anno 930.

126. LEO 6. Roma. uir deuotus, Sub Henrico Cæsare, Sedit mens. 7. al. mens. 6. di 15.

Annò 930.

127. STEphanus 7. Sedit an. 2. mens. 1. di. 12. uacat sedes di. 1. Vir pius & probus.

Bohemi hoc pontifice cum duce suo Spireneo Christiani fiunt. Bohemia conuertitur.

PRaga fit cathedralis illis temporibus.

Anno 933.

128. IOhannes 11. Sedit an 13 al. an. 4. men. 10. di. 15. uacat sedes di. 12.

Hoc Pontifice apud Genuam sanguinis fons largißime fluxit: futuræ magnæ calamitatis indiciũ. Nam & Genua à Saracenis ex Aphrica ueniẽtibus, tũ capta est et direpta. Et Hungari Italiã ingreßi, lõge omnia populati sunt: Mirandẽ.

*Hisce temporibus sanctimonia se elongauit à summis pontificibus, & accessit ad Imperatores, Cornipol. &c.*

*Anno 937.*

129 LEO 7. Rom. *Sedit an. 3. alij. an. 5, men. 6. al. an. 3. men. 5. di, 10. uacat sedes me. 1. etc.*

S. Vuenceslaus. *Hoc pontifice* VVEnceslaus *Spirenei* Bohe*miæ ducis filius à fratre* Boleslao *ob regni cupiditatem interemptus, sanctis est adscriptus.*

*Anno 941.*

130 STE*phanus*. Germanus8 *sedit an. 3. m. 4. al, an. 3, men. 4. di. 15. uacat sedes di. 10.*

*Anno 944.*

131 MAR*tinus* 3. *Electus est sub* Otthone 1. *Sedit ann. 3. mens. 6. di. 10. (alij di. 14.) uacat sedes di. 3.*

*Sub hoc pontifice dira fame & contentionibus multum diuexata* Gallia.

RVT*hardus sueuus* EP*iscopus* Argentinensis 40. *Sedit an. 16. obijt an. 950. 17. Calen.* Maij. Huic *successit* V*to* 3. Episcop. 41. *Sedit an. 15. minus. 13. diebus.*

*Anno 947.*

132 AG*apitus* 2. *Innocentissimus Sedit an. 7. mẽ. 4. sub predicto Cæsare: al. an. 9. m. 7. d. 10.*

*An. 958.*

D. Mens

D. Mennelius habet
ann. 933.

133 IOHANnes 12. Romanus: potentia patris fretus munus pōtificium sibi desumpsit, sedit an. 8. mens. 3. uacat Sedes di. 12.

Is otthonem Cæsarea corona exornauit: Alij Leoni. 8. alij Ioan. 13. adscribunt. Stein von

Hoc pontifice lapis miræ magnitudinis in Italia de cælo cecidit. Idem uiderunt ENSHEmenses Alsatici, (oppidum ditionis Ferdinandicæ) anno salutis 1492. die 17. Nouembris. Ensheim.

Cruces etiam cruentæ in uestibus hominum apparuerunt. Anhusen cœnob.

ANhustum cœnobium Monachorum instituti ac ordinis Benedictini, fundatum ac construi cœptum est anno Christi 958.

S. EADmundus alter rex Anglie frater Aldostani regnare cepit an. 3. Otthonis, 1. Impera. Antropomorphitę.

ANtropomorphitarū hæresis emersit, Sozo. lib. 8. hist. eccles. cap. 11. Volat.

Anno 962. D. Menelius.

134 BENEdictus 5. Romanus. Ex Diacono in pontificem Romanum electus in odium Cæsaris. Sedit mens. 6. di. 5. Alij mens. 12. Hunc eiecit Ottho Imperator è sede sua, Leonem confirmans. Benedictus Hamburgi (aliâs trua) ser-

*uatus ibidem exul moritur.*

*Anno 962.*

135. LEO 8.*temporibus* Ottonis. *Sedit ann. 1. mens. 4. uacat Sedes di.7.*

ErcKēbaldus Episc. Argen. 42. ERCKenbaldus *episcopus* Argentinensis, *anno domini 964.* Hic *consecrator 17. Episcoporum præfuit an. 3. obijt 5.* Eidus Octobris.

Abdaran *Sarracenus rex* Hispaniæ *à* Radamiro *Galitiæ* Christiano *prælio superatur*, Luith. *lib. 5. cap. 1.*

*Anno 963.*

136. IOHANnes 13.*sedit an. 7. mens. 11.* Alij *an. 6. uacat Sedes di. 13.*

Extat Breue *huius* Roma. *pontificis ad* Erckenbaldum Episcopum Argentinensem.

S. VDALrici *cænobium* Benedictinū *magnificum intra* Augustanæ *urbis mænia situm, conuersum est in monasterium anno do. 965.*

*Anno 969.*

137. BENEdictus 6. Romanus, *sedit an. 1. adijciunt alij mens. 6.* Is à Cynthio Romano *ciue captus, in* Adriana *mole (nunc sancti* Angeli *arx) inclusus, ferunt alij strangulatum fuisse, alij uerò fame consumptum, sub* Otthone *2. uacat Sedes di. 10.*

*Anno 971.*

DO-

138. DOnus 2. Romanus. Sedit an. 1. adijciũt alij mens. 6. uacat Sedes di. 10.

Hoc pp. EDVardus 1. filius Egdari, Angliæ rex à uenatione domum rediens, Alfredæ nouercæ insidijs circumuentus succubuit, & martyrum sanctorum cathologo adscriptus. S. Eduard.

Anno 973.

139. BONifacius 7. Sub otthone 2. sedit mens. 7. di. 5. uacat Sedes di. 20. malis artibus pontificatum adeptus, malè amisit: Hæc Bartho. Carrãza Mirandensis: Miranda oppidum Hispaniæ distat ab Argentorato miliaria tàm Gallica quàm Hispanica 291. &c. hæc parergôs. Baldus Episc. Argẽ. 43. præfuit an. 30. circa hęc tempora, &c.

Anno 973.

140. BEnedictus 7. Romanus. Sedit an. 8. mẽs. 5. alij mens. 6. uacat sedes di. 5.

Huius temporibus Ottho in Cæsarem electus est.

S. CONradus Constantiensis Episcopus in domino diem extremũ clausit anno salutis 976. Episcopatus sui 62. 6. Calend. Decembris. S. Conra.

PEtri domus uel petershusium cænobium Benedictinum, è regione Constãtiensis urbis in Sueuis cis Rhenanum pontem, fundatum & dotatũ est anno Christi 980. petershusẽ cænob.

Anno

Anno 981.

141 IOHANnes 14. captus est à Bonifacij patre, quòd non consensisset in electionem Bonifacij, & in carcere mortuus est mense pontificatus 8. uacat sedes di. 11.

Anno 982.

142 IOHANnes 15. Patre Leone natus. Sedit mens. 4. alij mens. 8. Hic mens. 3. sui pontificatus à Romanis captus, & in mole Adriani inclusus, pædore carceris inedia mortuus est, sub Otthone Cæsare 12.

Cometes hoc tempore apparuit, quem fames, pestis, ac terræmotus subsequuntur, quo terræmotu Beneuentum & Capua concussa sunt.

Anno 982.

143 IOHANnes 16. Roma. Hic à Crescentio consule Romano Imperium VRBIS sibi uendicare conante pulsus: Ab Otthone opem Imperatore dum quæreret, à Crescentio reuocatus, & reuerenter receptus, Plat. Sedit ann: 10. mens. 6.

S. Adelbe. S. ADALbertus Episcopus Pragensis, Prutenorum Apostolus, martyrizatus est ab induratis, anno domini 990.

VVILDEROLFVS EPIscopus Argentinensis, 44.

Suc-

*Successores.*

45 ALtuicus,an.8.præfuit.

46 VVERNharius,præfuit an.20.&c.

*Sub Ioãne PP. ALba augia Sueuiæ,uulgo die Minderow instituti Præmonstratẽsis hodie, fundatum est anno redempti orbis 990.* Alba Augia cœno.

Anno 992. Alij 1002.

144 GREgorius 5.Saxo. Sedit an.2.mens.6. alij mens.5.uacat Sedes di.15.

Hic seditione quadam eiectus est à pontificatu,sed 11. mense præsidio Imperatoris Otthonis restitutus est.

Idem ut Germanicam Nationem amplißimã, dulcißimam patriam, singulari quopiam beneficio afficeret,authoritatem in posterum tempus eligendi Imperatoris fecit Archiepiscopis,Moguntino:Treuerensi,Coloniensi,Item:Marchioni Bradenburgensi, Comiti palatino, duci Saxoniæ, & regi Bohemiæ. Fuit is annus humanæ salutis 1002. Quod nunc GERMAni habent, retinent,conseruant. Dignitas septem uiralis instituta.

LVItholdus Episcopus Augustanus, præfuit an.5.

*Successores.*

VVALtherus.

GEBhardus,circiter annum 1012.

SIGEfridus, præfuit ann. 3. dormiuit in domino 1019.

Anno 994.

145. IOhannes 17. Hic uiuente Gregorio sedem per tyrannidem occupauit. Sedit mens. 10. Mortuus cũ ignominia, Carranza. uacat Sedes di. 20.

Anno 995.

146. SILVEster 2. pontificatum malis artibus adeptus est, moritur an. 4. Is Magus fuisse fertur, Cornipoli. Spem salutis remansisse opinatur Platina. uacat Sedes di. 20.

Anno 999.

147. IOAnnes 18. Italus. Sedit mens. 4. di. 20. uacat Sedes di. 20.

Festũ animarum. Huic quidam FEstum animarum tribuunt, Volat.

Circa hæc tempora horribili aspectu cometes apparuit uersus meridiem, quem non minor fames quàm pestis secuta est.

STEphanus Hungariæ regnum auspicatus, Mich. Rit. lib. 2. Hũc regem S. Adelbertus præsul Pragensis Christianum reddidit.

Sub hoc pontifice, Robertus Galliæ rex ROmam petijt, Iohan. Til.

Anno 1000.

148 IOhannes 19. Romanus. Sedit an. 4. mẽs.

4. ad

4. ad otium conuersus, nihil dignum memoria gessit. Hi duo Ioannes 18. & 19. parum praefuerunt, inquit Cornipolita. uacat Sedes di. 19. alij 30.

Anno 1004.

149. SERgius 4. Romanus, uir probus & bonus, qui ecclesiam rexit, an. 2. di. 15. uacat Sedes di. 8.

Anno 1006.

150. BEnedictus 8. Tusculanus. Sedit an. 11. adijciunt alij mens. 11.

Hic Henricum 2. diademate redimiuit.

ORdo camaldulensis initium sumpsit, anno 1012.

Circa haec tempora templum Argentinense extructionis genere admirabile, inchoatum sub Vuernhario Episcopo anno do. 1015. in quo praeco uerbi Dei M. PROtasius Gebwilerus, summa laude hodie praeest.

MONS Monachorum amplissima Abbatia extra muros Bambergensis ciuitatis, Benedictini Instituti, fundatur anno 1008. Bruschius. Mons Monachorum Abbatia.

BRVno episcopus Augustanus, tempore Henrici 2. Imperat, praefuit an. 27.

Successor.

EBERhardus, qui & Eppo, profuit, ann. 4.

*Sub hoc pp. floruit* D. *Chunigundis Palatiniſſa.*

NEV*burgenſe Monialium conſpicuarum cœnobiū Auguſtanæ diocœſeos fundatur an.* 1007.

*Anno* 1018.

151 IO*hanes* 20. *ſedit an.* 11. *uacat Sedes di.* 8.

*Hic Conradum Imperatorem coronauit.*

*Canutus* R*ex Angliæ, ſub hoc, petijt* RO*mam uoti cauſa.*

Collegiū S. Petri Iunioris Argētinę erigitur.

*Collegium* S. PE*tri Iunioris erigitur, circiter annum* 1028, *ſub* GVIL*helmo* 1. E*piſcopo Argentinenſ.* 47. *qui præfuit an.* 19. *&c.*

BENE*dictus* 9. T*uſcus. Sedit an.* 11. *alij an.* 10. *menſ.* 4. *di.* 9.

*Hunc propter ignauiam, ut dicunt, eiecerunt* R*omani à ſede, & in eius locum ſuffecerunt* I*ohannem Sabinum* E*piſcopū* SYL*ueſtrum* 3. *appellantes. Sed poſt* 49. *alij* 65. *dies, pulſo adulterino* PP. B*enedictus reſtituitur.*

Sylueſter 3. Antipapa ſeditiōe populi intruſus.

*Anno* 1038. D. M*ennelius.*

153 GRE*gorius* 9. GER*manus*, C*ornipol. ſedit an.* 2. *adijciunt alij menſ.* 7. *alij uerò menſ.* 3. *uir ſanctus & miraculo clarus.*

*Circa hæc tempora Cardinalium nomen in uſu eſſe cœpit,* C*arranza.*

*Anno* 1040.

Cle=

154 CLEmens 2. in Synodo PP. creatur, Imperante & cogente Henrico 3. Sed abeunte Imperatore Romani ueneno pontificem è medio sustulere Pontificatus sui mense 9. &c.

HENricus 2. Episcopus Augustanus 29. praefuit an. 30. circiter annum 1033. martyr. Successorem habuit IMbricum comitē de Leiningē.

155. DAmasus 2. GERmanus, Bauarus. Hic ui papatum occupauit di. 23. nullo cleri populiq; consensu. Adeo inoleuerat hic mos, ut cuiq; ambitiosulo liceret PEtri SEdem inuadere, Mirandeñ. uacat Sedes di. 11.

Translatio corporis S. Lucie ad ciuitatem Venetiarum (condita circiter annum 300.) 1040. facta est.

156. LEO 9. Germanus, comes de Dagisburge, uir simplex, Episcopus Tullensis, à Deo uocatus uelut alter Abarō, sic optime functus est officio suo. Sedit an. 5. mens. 2. uacat Sedes di. 11.

Mater Leonis 9. comitissa de Egesheim Alsatica.

Hic pp. Miraculis claruit, Cornipol.

Hisce temporibus Berengarij error de sacramento cenae dominicae: Cuius error à Leone 10. in Concilio Vercellensi, claua Herculis, damnatus est, &c.

Berengariani.

Claruit in episcopatu Argentinensi HEtzelo in ordine 48. Episcopus.

*Idem Leo 9. pp. ecclesiam parochialem S. Columbe Argentorati consecrauit.*

Altdorf cœnobiũ Alsaticũ propè Mollisheim.

LEOnis *parentes cænobium Alsaticum uulgò theutonico* ALTdorf *fundauerunt circiter annum 1066.*

*S. Odilo Abbas Cluniacens. quieuit anno do. 1048. ætatis suæ 77. Ordinationis. uerò suæ 56. 2. Calend. Ianua. &c.*

*Anno 1053.* D. Mennelius.

157. *Victor 2. Vir bonus, Cornipol. sedit an. 2. mens. 3. (alij mens. 2.) Fuit is antea Episcopus Eichstetensis: uacat sedes di. 11.*

Bauarus, priusdictꝰ Gebhard.

*Sub hoc pp. Conciliũ Florentinũ de pluralitate Beneficiorum et labe simoniaca. Idem multos Simoniacos & Giezitas de loco remouit.*

Cõcil. Florentinũ cõtra Simoniacos.

158. *STEphanus 9. Lotharingus: Quidam Germanum fuisse dicunt. Præfuit mens. 7. alij 8. di. adijciunt.*

Mediolanẽsis ecclesia ad S. ROmanã accedit.

*Huic se Mediolanẽsis ecclesia subdidit, cui 200. annis nil negotij cũ* ROmana *fuerat, Sabelli: etc.*

Alba Augia cœno.

ALba *augia Narciscorum aut potius Norici, cænobium ordinis D. Benedicti, 4. lapidibus à Noriberga fundatur, anno do. 1053. sub Imperatore Henrico Nigro, &c.*

159. BE*nedictus 10. Campanus. Sedit mens. 9. adijciunt alij di. 20.*

Anno

*Anno 1057. Carranza.*

150. NIcolaus 2. Sabaudus. Sedit an. 3. alij ann. 2. mens. 6. di. 26. uacat Sedes di. 13.

Electionem pontificum ad cardinales tantum reduxit, Polydo. lib. 4. cap. 10.

Concubinarij Missam non audiendam censuit. Cornipolitanus ALExio 2. adscribit, &c. ut patet 32. dist. ca. præter hoc.

Concilium Lateranense, in quo, ferunt, reuocauit Berengarius errorem suum.

*Anno 1061. D. Mennelius.*

161. ALExander 2. Mediolanensis, uir sanctus, Sedit an. 11. mens. 6. adijciunt alij di. 25.

Hic pp. Laicis uetuit ecclesiastica conferre Beneficia, Hermannus contractus.

Collegiũ S. ARbogasti Argentorati dedicatur, sub VVERNhario 2. Epis. Argẽ. 49. an. 1065, sedit an. 14. Successores.

50. THeobaldus, an. 5.

51. OTtho, ann. 16.

52. BALduinus, mens. 2.

53. CVno, an. 23.

54. BRVno, an. 1. præfuit.

*Anno 1073.*

162. GREgorius 7. Hetruscus, omniũ bonorũ consensu pontifex creatur: Habes formam

electionis suæ, & alia annotatione digna in Platina. Sedit ann. 12. mens. 1. Carranza habet ann. 11.

Hunc quidam somniatores coccycis in more, suis nænijs prodigiosa quadam libidine utiles historias conspurcantes, quid hoc aliud quàm generosum uinum lotio aut aceto uitiare? Magum mentiti sunt, Cornipol. Carranza. D. Iacob Menelius. &c.

Henricum 4. eius nominis Imperat. excommunicauit, causam ostendit Pighius lib. 5. ecclesiast. hierarch. cap. 2.

De miserabili exitu Vuilhelmi Traiectensis Episcopi, ob spretam huius pontificis excommunicationem, uide eundem Cāpensem loco citato.

S. Vualpur. cœno. Monasterium sanct. Vualpurgis erectum circiter annum 174. alij 1117.

CANOnici regulares anno 1080.

SIGEfridus 2. de Dornsperg EPIscopus Augustanus, circiter annum 1077.

Anno 1085.

163. VIctor 3. Abbas Casinensis sedit an. 1. mēs. 4. di. 7. Hic (ut aliqui ferunt) opera Henrici ueneno in calicem iniecto, dum sacrificat, necatur: inquit Mirandens. uacat Sedes di. 9.

Sub hoc pp. Ordo Carthusiensium initiū sumpsit.

psit, Aemil. 5. Platin. Primus institutor Bruno an.do.1088. Polydorus habet an.1080.

Ordo uallis umbrosæ, Cornipol.

Anno 1086.

164. VRbanus 2. Cluniacensis, Quem Platina scribit uirũ fuisse, tam doctrina, quam uitæ sanctitate, uel summo magistratu dignissimum. Sedit an.12. mens. 4. uacat Sedes di.16.

Is pp.7. Horas Canonicas confirmauit: & ut totidem horæ in honorem Deiparæ uirginis quotidie recitarentur instituit in Concilio, quod in Gallijs (circiter annum Christi 1083.) ad Clarũ montem habuit. 7. horæ B. uirginis.

Idem pp. in eodem supradicto Concilio principes Christianos cõtra Mahometistas animauit, in quo negotio mirifice profecit.

Toletano episcopo primatũ in Hispania concessit.

Ordinem Cisterciensem, ab Ardingo Anglo inceptum, approbauit: Alij Cisterciensis ordinis authorem Robertũ Molismensem Abbatẽ fuisse dicunt, Fuit is an. salutis 198. Cistercium locus in Burgundia Cabilonensis Diocæseos uastæ solitudinis, ac horrendi aspectus. Cisterciẽ.

PRAEmonstratensium ordo sub Noberto repullulat, alij hoc in annum 1137. reijciunt. Præmõst.

Isnēse Monast. ISnense Monasterium, ordinis D. Benedicti, fundatum anno domini 1096.

BYBlingum cœnobium instituti Benedictini, Constātiensis diocæseos nō procul ab Vlma, fundatum anno domini 1099.

ZVVIfaltum siue zuifaltaha, Latine ad duplices aquas cœnobium Benedictinum magnificū, Constātiensis Diocæseos, fundatū est anno Christi 1088. pontificatum Vrbano 2. Imperium verò Henrico 4. tenentibus.

BVRrhonium iam Blabyrium Monasterium ordinis D. Benedicti, fundatur anno 1095.

HERTwerichus, Baro de Lierhaim, Episcopus Augustanus: circiter annum 1092. præfuit an. 33. Successorem habuit HERmannum comitem Vuittelspachium Noricum, &c.

Translatio corporis S. Nicolai de Myrea ad ciuitatē Venetiarū facta est anno domini 1086. tempore Vrbani 2. pp.

Sub urbano 2. Gotfridus Bulionensis Hierosolymitanam urbem occupauit.

Circiter Annum 1100.

165. PAschalis 2. Antea dictus Petrus Rauerius: Hunc Platina diuinitus electum fuisse tradit. Sedit an. 18. mens. 7. (alij 6. di. 7.) Hunc totus clerus nolentem & latitātem Pōtificem creauit, quòd

quòd diceret humeros suos nequaquam tãto oneri sufficienteis: tandem diutina purificatus ægritudine, præsentem in domino uitam finiuit. Vacat Sedes di. 2.

Sub hoc pp. Florentiæ concilium indictũ, propter Fluentini præsidis de nato Antichristo opinionem, Plat. Sabelli: &c. Fluentini opinio de Antichristo.

Hisce temporibus floruerũt S. ANselmus. S. BERnardus Abbas Clareuallensis, Burgũdus, filius Tecelini, & Aalethi: Huius sanctitatem ebuccinat Vitus Theodoricus sui uerbi præco clamosus, &c. alij anno do. 1140. alij 1127. sub Lothario 4. ipsum ponunt.

Henricus 5. corona Imperiali à Paschali insignitus.

Sub hoc CAstelium siue castellum ordinis D. Benedicti Monasterium, ad Lautherũ amnem situm fundatum anno 1098. Bruschius. Castelĩũ cænob.

S. MArina uirgo Græcanica quieuit in domino 16. Calend. Augusti, anno domini 1113. Venetijs sepulta. S. Marina

166. GElasius 2. Caietanus, antea Iohannes dictus, quem Platina uirum sanctißimum omniq; laude dignißimum asserit. Sedit an. 1. alij an. 2. uacat Sedes di. 24. &c.

*Is pp. Balduinum literis & nuncijs adhortatus est contra impios Agarenos.*

*Huius temporibus, scribunt quidam, habuerunt originem Templarij & Ioannitæ, milites: circiter annum salutis 1128. Plat. Polydo lib. 7. ca. 5. De Templarijs scribit Robertus Gaguinus Gallicus scriptor li. 7. in rege Philippo pulchro. Item Albertus Krantz li. 7. Vuand. ca. 46. Ioannitarum initium, uide Albertum Krantz. lib. 8. cap. 3.*

*Circiter annum 1120.*

157. *CAlixtus 2. Burgundus, electus in Cluniacensi cænobio. Quem de Deo deq; hominibus bene meritū Platina tradit: habito Laterani 900. patrum concilio, supplementa militiæ christianæ iam deficientis subministrauit. BALduinus Hierosolij: Rex, Gazin regem Turcorum minoris Asiæ, superat, & captum in carcerem coniecit. Electus sub Henrico 5. Cæsare 17. cui pontifex personale priuilegium concessit, anno domini 1122. 9. Calend. Octob. Sedit an. 5. mens. 10. moritur in domino.*

*Temporibus CVNONIS episcopi Argentinensis 53. circiter annum 1120. Cænobium Hugshofen iuxta montana Vogesi confirmatur. Sub eodem Episcopo cænobium BOVMgarten*

Hugshofē

GARTEN *fundatur. Eiusdem tempori=bus collegium diui Leonhardi Argentinensis di=ocæsços institutum, anno 1019. 11. Calen. octo. primus fundator* Erkenbaldus *pistor. Filia co=mitis de* EG*esheim, Alsaticum oppidulum* HER*lesheim donauit, Episcopo Argentinensi: Huius fundatarius unicus hodie Clarißimus He=ros* Nicolaus Hatstatius, *&c.* Boumgarten. Collegiũ diui Leonhardi institutum. Herlesheim in Alsatia donatur Episcop. Arg.

GEB*wileriana ciuitas Abbatis Murbacẽsis inchoata anno 1124.* Gebwiler extruitur.

*Ann. domini 1124.* S. O*ttho episcopus* Bam*bergensis* Pome*ranos ad fidem Christi & Ec=clesiæ conuertit, &c.* Pomerani conuertuntur.

*Cænobium Anhusium, in Brentiana ualle cõ=structum, an. 1125.* Anhusium cænob.

MI*chelfeldt clarißimum Benedictinorũ cæ=nobium circa* Pegne*sum amnem fundatum an=no 1119.* Michelfeldt cœno.

*Anno 1126.*

*168.* HON*orius 2. Imolensis. Sedit an. 5. mens. 2. di. 8. Vacat sedes di. 8. Familiaritate præcla=rorum uirorum mirificè delectabatur.* Hugo.

*Sub hoc floruit* Hugo *de* S. *Victore:* Q*ui scribendo sui ingenij præclara monumenta re=liquit.*

S.Alpaid. S. ALpaides uirgo de Tudoto circa annum domini 1130. sanctitate nimia claruit, quieuit 3. Non. Nouembris. Hec ex gestis Francorum, &c.

Erbacum cænobiũ. Erbacum Cisterciẽtium Monachorum in Ostrofrancis & Herbipolensi diocæsi, fundatur anno Christi 1126.

NVwenburgum cænobium ordinis cister. fundatur anno 1128.

Anno 1131

169. INNocentius 2. Sedit ann. 14. mens. 7. di. 8. In odium huius electus est Petrus Leonis, qui se ANacletum apellauit. Ab hoc per uim pulsus est Innocentius, ad S. Bernhardum confugiens. Compescuit autem hos motus Lotarius 2. Saxo Qui ab innocentio corona imperij est insignitus uacat sedes di. 2.

Synodus hoc Pontifice in Gallia congregata, contra Petrum Bailardum (qui & Alardus quibusdam dicitur & Baliardus) Anglum, de quo infra dicetur.

Sub hoc fundatum cænobium Fons Salutis uulgo Heilsbrun Cistertiensiũ ordinis, ad Schwabachium amnem, anno Christi 1132. Egran.

Mula

MVLbrunum monasterium Cistercienfis ordinis magnificum in ducatu wirtenbergensi, fundatum est 18. Calendarū Aprilis, Anno redempti orbis 1138. à domino Gunthero comite Lyningensi, Spirensi Episcop.

Salomonis Villa, uulgò Salmen schwiler Cistercienfis instituti cænobium, fundatum anno 1138.

EGidianum cænobium apud Noribergenses fundatum, anno 1140.

Elchingum D. Benedicti cænobium, Augustanæ diocæseos, fundatū est an. domin. 1128.

Collegium in Itenwiler iuxtà montana Vogasi, fundatur ann. domin. 1137.

Edelstetum, in Suenia pulcherrimum collegium canonissarum liberarum, Vrspergensi cænobio uicinum, fundatum & dotatum est, anno Christi 1126.

Gebehardus Episcopus Argentinensis 55. anno 1130. præfuit an. 19.

Successores.

56. Burckardus, an. 21.
57. RVdolphus, an. 20. alij 17. profuit Argentinensibus &c.

Vuala

VVALTherus comes Thubingensis, circiter annum 1134. electus in Episcopum Augustanum præfuit ann. 20 successorem habuit COnradum de Böl, qui rexit an. 22. &c.

Anno 1145.

170. Cœlestinus 2. Tuscus, electus sub Conrado Sueuo, Sedit mens. 5. obijt peste.

Anno 1146.

171. LVcius 2. Bononiensis, Sedit men. 11. d. 4. al. mens. 7. di. 4. sepultus in Laterano, Cornipol. &c.

Anno 1146.

172. EVgenius 3. Pisanus: Cardinales nutu diuino percitos hunc delegisse, tradit Platina. Sedit an. 8. mens. 4. di. 20. Antea S. Anastasij Abbas, quē S. Bernhardus monachum induit, Extat epistola in qua Idem S. Bernhardus ad EVgenium sic scribit, Indagemus diligentius, inquit qui sis, quam geras pro tempore personam in ecclesia dei, Quis es? Sacerdos magnus, pontifex summus: tu princeps episcoporū: tu hæres Apostolorū: tu primatu Abel: Gubernatu Noë: patriarchatu Abraham: ordine Melchizedeck: dignitate Aharon: Auctoritate Moses: Iudicatu Samuel: potestate PEtrus: Vnctione Christus. Tu es cui claues traditæ, cui oues creditæ. Sunt

Nota.

Papa succedit.

quidem

*quidem & alij cæli ianitores, & gregum pastores. Sed tu tãto gloriosius quãto differẽtius præ cæteris nomen hæreditasti, &c.* Hæc S. Bernhardus. Inferiores episc. referunt Apo.

Idem Eugenius PP. *Eloquẽtißimus cruce signatis in Asia à Ludouico Galliarum rege suppetias impetrauit &c. Sub hoc* Norwegia *conuertitur.* Norwegia conuertitur.

*Anno 1155.*

173. ANAstasius 4. *Roma. Sedit an. 1. men. 4. al. an. 2. mens. 4. di. 24. uacat sedes di. 20.*

Hic *cum tota fermè europa fame laboraretur, & clam & aperte pauperibus* Lazaritis Eleemo*synas porrexit,* Carranza.

REbdorphum *cænobium Canonicorum regulariũ* S. Augustini, *ad* Altimulã *supra* Aychstadium, *extrui cæptũ est an. 1156.* Brusch.

S. HElisabet de Sconangia Virgo *sancta circa annum domini 1156. ætatis suæ 21. Visitationis uerò suæ 13. in sanctitate uite migrauit ad dominum 15. alij 13. Calend. Iulij.*

*Anno 1157.*

174. *Adrianus 4. Anglus, Albanus Antistes: antè ab Eugenio Cardinalis creatus, quòd Noruegiam ex gentilitate & paganismo ad Rom. ecclesiam conuertisset. Sedit an. 4. alij. an. 5. al. an. 4, mens. 10. &c. uacat sedes di, 20.*

*Anno 1161. Miranden. Vernierus habet an. 1169. al. 1170.*

175. *ALexander 3. Senensis, uir strenuus de omnibus inimicis suis (auxiliantibus Venetis) fortiter triumphauit. Sedit an. 21. mens. 11. al. an. 21, di. 19.*

Vuilhelmite. *Ordo VVIlhelmitarum, an. 1181*

S. Thomas Cant. *Sub hoc PP. B. Thomas Cantuariensis cognomēto Bequetus Archiepiscopus martyrij mercedem assecutus est et promeruit an. 1171. Huius sancti martyris reliquias incendit, furore repletus, Henricus 8. an. 1538.*

Cenobiū in Schuttera exustū dedicatur. Swartzaha eximitur à thelonio, &c. *Huius temporibus CARmelitarum ordo incepit, polyd. lib. 7. cap. 3.*

*Milites diui Iacobi in Hispania, sub ritu Diui Augustini, Alexandro 3. pontifice, qui rem probauit, esse cæperunt, Quorum primus fuit magister Petrus Ferdinandus, Poly. lib. cap. 5.*

Vdal-

VDalscalcus episcopus Augustanus, comes de Dennelohe, circiter annũ Christi 1176. praefuit ann. 23.

Successores.

HERtouichus.
SIGefridus Rehbergius.
SIbotus Baro de Gũdelfingẽ, circiter an. 1230.

Circiter annum 1183.
Alij 1181.

176. LVcius 3. Tuscus, Episcopus Ostiensis, quem & uirum optimum Platina uocat. Is concilio Verone (quam Athesis interluit) habito, Christianos principes adhortatus est, ut nostris in Asia pro fide Christi laborantibus succurreretur, nulla de suis iniurijs (quae & grauissimae fuerant) mentione habita. Sedit an. 4. adijciunt al. mens. 2. di. 18. Verone decubuit, tale habens Epitaphion.

*Luca dedit lucem tibi Luci pontificatum*
*Ostia Papatum Roma Verona mori.*

Liuonia conuersa ad fidem Christi à S. Menrado, an. 1186.

ecclesia

*Ecclesia S. Thomæ Argentorati 2. exuritur, sub BVrchardo Episcopo.*

*Circiter annum 1179. sub Conrado Episcopo Argentinen. 58. (sedit an. 1.) Collegium in* **Nidern Münster** *dedicatur: Wimphelingus.*

Nidern Münster cænob. Alsaticũ.

*VRsinium uel Irsingum ordinis S. Benedicti, institutum ann. 1182.*

Trutenhusen collegium Alsaticum.

*Collegium in Trutenhusen fundatur, anno Christi 1181. sub Henrico Billungo Episco. Argentinen. 59. præfuit an. 8. alij 16. Cui successit COnradus 2. Episcop. Argentinen. 60. profuit an. 12.*

*Anno 1185.*

177. *VRBAnus 3. Mediolanensis: Sedit ann. 1. al. ann. 2. al. an. 1. mens. 10. di. 25. Hic sanctus PP. dolore ob Saladini successus obdormiuit, sepultus Ferrariæ, temporibus Friderici. 1.*

*Circiter annum 1186*

178. *GRegorius 8. Beneuentanus, Vir sanctissimus. Platin. tractauit de recuperanda Hierosolyma, sed dum hæc agit Pisis moritur pontificatus sui die 57. al. 75. uacat sedes di. 20.*

*Anno 1186.*

179. *CLemens 3. Romanus: Vir sanctissimus, & rerum ecclesiasticarum componendarum studiosissi-*

*diosissimus. Sedit an. 3. al. an. 2. di. 16. Cleri mores correxit. Imperatori bellum contra* Turcas *persuasit*, Plat. *obijt mox post mortem* Friderici.

*Anno 1188.*

180. *Cælestinus 3. Vir insigni pietate (si Sabellico credimus) & cui uni præ ceteris cura semper hæsit animo, ut* Hierosolymam *ex impiorū manibus extorqueret, ingentē pecuniæ summam* Richardo *Anglorum regi misit in subsidium. Sedit an 6. mens. 7. al. an. 6. men. 8. di. 11.*

*Ab hoc coronam* Imperij *accepit* Henricus Barbarossæ *filius.*

Cruciferorum *ordo in* Italia *inchoatur, an. 1197.*

Humiliatorum *ordo, Sab. en. 9. lib. 5.* Vola. Polyd. *Innocentio 4. adscribit.*

S. Crucis *Augustanum cœnobium ordinis* Regularium *Canonicorum* S. *Augustini ex* Hamelbergo *translatum est Augustam an. 1194.*

S. *Guilielmus episcopus* Bituricensis, *ann. 1189. Hunc* Honorius PP. 3. *Canonizauit.*

*Sorethū, uulgata uoce hodie Schussenrietū ordinis* Præmonstratēsis *Cōstantiēsis diocæseos, ex arce in Monasteriū conuersum est, an. 1188.*

S Anno

181. INnocentius 3. Anagninus, cuius pater Trasmundus, ille prius Lotharius: doctrina moribusq; insignis, cardinalium omnium consensu Pontifex acclamatus, Bello Asiatico sic adiecit animum, ut Germanos propter Henrici mortem in Asia tumultuantes, literis, ueredarijs, præmijs, pollicitationibus in officio retinere non grauaretur. Sedit an. 18. mens. 7. alij ann. 18. mens. 4. di. 24. uacat sedes di. 1. temporibus Henrici 6.

Eucharistiam in templis asseruandam esse, ad ægrotantium commoditatem, censuit. Poly. lib. 5. cap. 11. Quod deinde Honorius item 3. confirmauit.

Regnum Angliæ tranijt in ius clientelæ Ro ecclesiæ an. 1174. Blondus: Pius: Tubingē. & alij scriptores.

Iohannes Rex Angliæ aduersus Philippum Gallorum regem confugit ad gratiam huius pontificis, & ius clientelæ regni sui eidem recognouit.

Idem PP. Hospitalem S. Spiritus fundauit, Cornipol.

Ordo Prędicatorū an. 1203.

Huius temporibus oborta apud Tholosam hæresis, Quā B. Dominicus Calaguritanus Hispanus mira celeritate compescuit, Mirandēsis.

Sub innocentio 3. concilium Lateranense, maxi-

*maximum, celebratum anno salutis 1215. Huic interfuerunt Hierosolij: Constantinopol. Patriarchæ. Metropolitani 70. Episcopi. 409. &c.* Ordo Frãciscanorũ an. 1206. Poly. li. 7. ca. 3. &c. Concil. Lateranen.

*Circiter annum domini 1207. sub* Henrico *de Veringen episcopo Argentinen. 61. (Sedit an. 21. obijt 5. cidus martij Sepultus in Capella S. Andreæ) oppidulum* Dachstein *instauratur.* Dabichẽstein oppidulum Alsaticum instauratur.

*Henrico episcopo Argentinensi Successerunt.*

*62. BERtholdus filius ducis Sueuie de Teck, præfuit ann. 15.*

*63. HENricus de Stabeleck, an. 22.*

*64. Gwaltherus: sub hoc Colmaria patria mea dulcißima traditur Rudolpho Habspurgico, Cæsari.*

*Mulhusen deficit ab* Episcopo *Argentoratensi.*

*65. Henricus de Geroltzeck, profuit a. 10. etc.*

S. *Homobonus confessor Cremonensis, efflauit animã anno domini 1196. Idibus* Nouẽ. *&c.*

*Anno domini 1207* — *Reutlinga, Eslinga* — *extruũtur.*

182 HOnorius 3. Romanus, Quem Platina bene beateq; uitam duxisse scribit. Sedit ann. 10. al. an. 13. mens. 7. di. 13.

Ordinem B. Dominici confirmauit.

Fridericum 2. anathemate notatum Imperij dignitate priuauit.

Idem PP. ordinem S. Francisci (qui et Sultano Christi fidem Constantißime prædicauit) comprobauit. Hunc præconem uerbi dei biennio pòst Gregorius catalogo sanctorum adscripsit.

Idem Iohannem Columnam ad res Asiæ cōponendas legatum cum ingentibus copijs quas Innocentius 3. ad eam rem collegerat, misit: in quo negocio mirifice profecisse traditur.

S. Clara. S. CLara uirgo suum ordinem auspicatur. Volat 21. &c.

Anno 1221. Doct. Iacob. Mennelius.

183. GREgorius 9. Sedit an 14. alij 13. mēs. 5. sub Friderico Cæsare.

Salutatio angelica inchoata, circiter annum 1228. Hic SAlue REgina certis diuinæ rei horis addi, campanasq; ad Eucharistiæ confectionem et laudes Virginis dei genitricis pulsari statuit. Blond. lib 7. deca 1.

IORdanes Theologus dominicanus silentium mensæ instituit. Volat. Sabell. Carranza, &c.

Idem

Idem PP. *Montesiæ milites authoritate sua probauit.*

S. ANthonius *confessor* Ordinis *Minorum ex* VL*istona Metropoli* Portugallie, *Spiritum in pace emisit eidibus* Iunij, *an. domini* 1231.&c.

HArtmannus *comes de* Tillingen Vltimus, *circiter annū* 1239. Episcopus *Augustanus* 40. *Præfuit an.* 47.

*Successores.*

SIG*efridus.*

VVOL*fhardus de* Rodt.

HE*Ckenbachium, hodie uerò* Heppachium *Bernhardini* Instituti *cænobium, cæptum et inchoatum est circiter annum domini* 1233.

GLA*diatorum ordo* 1239.

184. CAE*lestinus* 4. *sedit tantum di.* 18. Vacat *sedes an* 1. & *mens.* 20. Calij *mens.* 10.) *donec* Cardinales *qui à* Friderico *Imperatore in carceribus detinebantur, libertate donati sunt, etc.*

*Anno* 1242. D. *Mennelius.*

185. INnocentius 4. *Genuensis. Sedit an.* 11. *mens.* 7. (*al. mens.* 6. &c.

*Hic Authenticas composuit.*

Galeri cardinalitij. *Cardinales rubro galero uti iußit, in maiestatem ordinis: pro religionis enim defensione offerre sese debent in discrimen, & sanguinem effundere*, Polyd. lib. 4. cap. 9.

Festum Natiuitatis Mariæ institutū. *Natalem deiparæ uirginis instituit.*

Ordo crucigerorū. *Ordo Cruciferorum confirmatur an.* 1243. Poly. lib. 7. cap. 3.

*Hugo Cardinalis concordantias* Bibliorum *conscripsit*, Plat. in Inno. 4. &c.

*Idem* PP. *Inducias à Tartarorum rege Christianis per Legatos suos impetrauit.*

*Hic* Fridericum 2. *ob crimen manifesti periurij damnauit & priuauit*, Pigh. li. 5. cap. 14.

*Studium publicum erectum in* Vienna *Austriæ anno* 1237. *tempore* Friderici 2. &c.

*Anno* 1254.

186. *Alexander* 4. *Campanus, cuius uita mirifice ab omnibus laudatur. Sedem Petri tenuit an.* 7. *al. an.* 6. *men.* 6. *di.* 4. *mortuus* Viterbij, *Cornip. uacat sedes mens.* 4. *di.* 3.

Eremitarum ordo. *Sub hoc pontifice* Ordo Eremitarum S. Augustini *confirmatur, ann.* 1256. Volat: &c, *De Monasticæ uitæ principio* Polyd. lib. 7. ca. 1. Inter-

Anno 1262.

187. Vrbanus 4. Gallus. Sedit an. 6. Alij an. 3. mens. 1. di. 4. uacat sedes mens. 5.

Hic cruci in qua pependit salus nostra, diem solennem dedit, Pol. lib. 6. cap. 8.

Huius tempore Guelsorum & Gibellinorũ factiones controuersias excitarunt. Guelfi. Gibellini, militabãt Imperatori.

Albertus Magnus Germanus, floruit annon 1263. Albertus Magnus.

Festum Corporis Christi instituit, circiter annum 1263. Vernierus. Raimundus Lullis philosophus.

Anno 1265.

188. CLemens 4. Narbonensis, Vir sanctus prophetice prædixit Hostes Ecclesiæ Semper Perituros: Cathedram Papalem tenuit ann. 4. al. an. 3. mens. 9. uacat sedes. an. 2.

Is PP. Carolum Gallum regis Ludouici generum Hierusalem & Siciliæ regem inunxit Romæ, Plat.

Sub hoc pastores de Hispania uenientes Lutetiam, omnia bona cleri uastarunt, plebi-

bus gratulãtibus et ridentibus, sed cum laicorũ etiam deuorarent B ona temporalia, prostrati sunt: Similem infelicen Catastrophen experti sunt hodierni inuasores ecclesiarum, &c.

Cornipolitanus.

Anno 1271.

189. Gregorius 10. patria Placentinus è uicecomitũ familia, Theobaldus antea uocatus, Laudensis archidiaconus: in Eduardi Angli Vualiæ principis, Syriacis castris agẽs. Sedit an. 4. tẽporibus Rudolphi Cæsaris.

Is monuit initio sui pontificatus electores ut consentiẽtibus uotis Imperatorẽ iterum designarent, ne Imperij status prorsus collaberetur.

Synodus Lugdunensis

His temporibus Synodus Lugdunensis celebrata.

S. LVdouicus 5. Rex Galliarum. Spiritum domino tradidit 1270.

Circiter annum 1275.

190. INNocentius 5. Longobardus, alij Burgundum dicunt, ex Dominicano PP. electus, antea dictus Petrus de Tharentasia, sub Rudolpho Cæsare. Sedit mens. 5. di. 2. uacat sedes di. 18.

Hic

*Hic in epistolas* Pauli *& libros sententiarum annotationes scripsit.*

*Dominarum* AV*rachium diocæseos* Herbi*polensis cænobium amplum, fundatum legitur annum* C*hristi circiter* 1275.

191. H*Adrianus* 5. *Genuensis,Nepos innocentij, prius dictus* Ottobanus. *Sedit di.* 40. *alij mens.* 1. *di.* 9. *parũ præfuit,inquit Cornipol. aliàs magnanimus uir. uacat Sedes di.* 28.

192. IO*hannes* 21. *uir literatus,àt rerum gerẽdarum inscius* L*usitanus,antea* P*etrus* M*edicus.* I*s mens.*8*:noui ædificij ruina perijt,*P*lat. uacat Sedes mens.*7.*&c.*

*Is instituit,ut ter in singulos dies,tintinabula ad uesperum pulsarentur, ac tum unusquisq; ter salutationem Angelicam* D*iuæ uirgini sacram recitaret.* I*nstitutum hodie ubiq; gentium in recenti memoria.* Pulsus Angelicus.

I*dem pp.* C*ollegium scribarum* A*postolicorum primus numero distinxit.*

T*axationes constituit,*P*ol. lib.*8.*cap.*2.

S. B*onauentura libros sententiarum explicat,* P*lat. sublatus ex humanis anno do.* 1274*: tertio* E*idus* I*ulij ætatis* 53. *miraculis radians,* L*ugduni sepultus, & à* S*ixto pontifice* 4. *anno salutis* 1482.*canonisatus,&c.* S. BONa.

*Sub hoc pontifice facta est definitio contra eos qui dicunt Christum & eius discipulos nihil habuisse, & in his quæ possederunt, nullum ius eis fuisse.*

*Sub eodem damnati errores* Iohannis *de* Po*liaco* Parisiensis.

*Anno 1276.*

193. NICOLAVS 3. Romanus, *Magnificus in ædificijs extruendis, bene rexit,* Cornipol. *Sedit ann. 3. mens. 8. alij mens. 9. uacat Sedes mens. 5.*

*Scribunt historici non obscuri nominis, neminem ante ipsum sacrificasse religiosius uisum, lachrymas sepè effundens in sacri mysterij pertractatione tremenda.*

Notarios *& tabelliones, pauperum sanguine uictitantes, ut pestiferos eiecit ne omne deglubérent pecus,* Polyd. *lib. 8. cap. 2.*

Idem *pp. ordinem* IESV *Christi in* Lusitania *instituit, quò essent, qui ex officio sarracenis* Be*ticā id temporis tenentibus resisterent,* Poly. *li. 7. cap. 5. &c.*

*Circiter annum 1282.*

194. MARtinus 4. Gallus, amator religioſorum. Sedit an. 4. menſ. 2. alij men. 1. poſt multas iniurias & perſecutiones, obdormiuit Peruſii, Cornip.

Hic Romanis conceßit ut duos ſenatores ex nobilibus eligerent, Blondus.

Idem pp. Carolum regem Siciliæ expulſum reſtituit.

195. HOnorius 4. patria Romanus, è gente Sabellorum uetuſta, anteà Iacobus dictus: homo tẽperatus, & magnæ diſcretionis, diligens pacem. Sedit an. 1. alij an. 2. menſ. 1.

Hic ordinem Eremitarum Pariſiis nondũ receptum probauit.

CARmelitis album aßignauit amictum, cum prius nigro uterentur, Platin.

196. NIcolaus 4. Natione Picenus, è ciuitate Aſculana, Hieronymus antea dictus: Generalis ordinis Minorum, Bonus & doctus uir, Cornipol. ſedit an. 4. menſ. 1. uacat Sedes an. 2. menſ. 3.

Huius põtificat9 anno 4. Imperator Rodolphus moritur.

S. ROchus de Narbona inſignis habitus eſt, dormiuit 12. Calend. Septemb. ætatis ſuæ 32. Plat. Cuius corpus anno 1485. Venetias delatum eſt.

Sub hoc põtifice Epiſcopus Argentinenſis 66. CONRAdus de claro monte, uulgo Liechtenberg.

*rus, præfuit an. 20. mens. 6. obijt anno 1299. nono Calend. Augusti, à lanio occisus, uacat Sedes an. 13.*

*Succeßit.*

67. FRIDEricus de Liechtenberg, præfuit ann. 6.

*Friburgum obsidetur.*

*Sermersheim uastatur.*

*Liechtenaw ædificatur.*

*Domus teutonicorum Argentinen. erigitur.*

*Primum capitulum generale F. Minorum in Argentina.*

Vide Vuimphelingi in cata. Episco. Argentin.

197. CElestinus 5. Esernienßis, deducta electione discordia Cardinalium per biennium & 3. menses, assumptus est heremo Petrus Moroneus uocatus CELestinus: uerùm cum à priore uita ob põtificatum nequaquam declinaret, uisus est rebus agendis parum idoneus: hanc ob rem de abrogatione eius mentio fieri cæpta est inter Cardinales, &c.

*Circa hæc tempora Dantes Aligerius Poëta S. Beatricem uersibus celebrat, Volat. circiter annum 1290.*

S. Ni-

S. Nicolaus Tolentinus confessor anno domini 1294. humanitatis uinculum soluit: Ab Eugenio pontifice 4. catalogo confessorũ insertus est.

198. BOnifacius 8. Sedit an. 8. mens. 9. di. 17. (alij mens. 5.) de quo: Intrauit ut uulpes: regnauit ut lupus: mortuus est ut Lycisca. uacat Sedes di. 10. temporibus Alberti 1. Scomma.

Ordo Cælestinorum confirmatus, anno 1297. alij 1291. Ordo cęlestinorum.

Anno 1300. D. Mennelius.

199. BENEdictus 11. Italus, ordinis prædicatorum, quẽ omnes uno ore, eximiæ uirtutis & doctrinæ fuisse ebuccinant. Sedit mens. 8. di. 15. alij an. 8. mens. 10. di. 15. Pighius habet tantũ mens. 9. Hic calculo seu lithiasi cruciatus, obdormiuit. uacat Sedes, an. 1. Sanctorum consortio adscriptus est. Priorẽ numerũ ponit Carrãza. Posteriorem uerò D. Mennelius.

DEgenhardus de Helenstein, Baro Heidenheimensis, circiter annum Christi 1301. electus in Episcopum Augustanũ, præfuit an. 6. Successorem habuit FRIdericum Spetum Baronem.

Anno 1302. Carranza. Vernierus habet an. 1313.

Cle-

Templarioru͂ Ordo stirpitus radicitusq; euulsus, Carrãza. Teutonicoru͂ paulò post subsecuta religio. Hi in Syria à Babyloniorũ exercitu prostrati, amissa Ptolemaide, reuersi in Germaniam, suo ductu & auspicijs Bructeros (nunc Pruteni uel Borusii) subegere, permittente Friderico 2. Imperat. Subactam et iure belli quæsitam suæ ditionis fecere. Et quæ gens olim malorum dæmonum cultrix fuerat, religionem Christianã, mansuetiores uitæ ritus, complexa est. Variant hic authores. Quidam reijciunt in annum 1190. alij 1226.

Ordo Teutonicorũ.

Prussia extrema Germaniæ prouincia uersûs mare Balthicũ.

Deiparini milites.

201. IOhannes 22. Gallus, tẽporibus Ludouici Bauari Imperat. in quem censuris & fulminibus pontificijs animaduertit. Sedit ann. 19. mens. 4. Carranza. D. Mennelius habet an. 19. mens. 3. di. 27. Alij duntaxat ann. 18. præfuit circiter annum 1318.

Contra pluralitatem beneficiorum utilia instituit. Cornipol.

Idem Marsilium Patauinum, (qui conatus nouam ecclesiasticæ hierarchiæ formam effingere) hominem Aristotelicum magis quàm Christianũ, Excommunicauit.

Hic pp. in Lusitania milites IESV Christi confirmauit, Polyd. lib. 7. cap. 6.

Occam

*Occam pseudomonachus, pseudoq; thelogus aduersus quasdam* IOAN.22.*definitiones uenalem calamum nequicquàm strinxit:* Pigh.

VDAL*ricus de Schoneck* Episcopus *Augustanus, circiter annum 1329. profuit an. 2.*

*Successores.*

HEN*ricus 3. frater* V*dalrici prædicti, rexit an. 19.*

MAR*quardus de* Randeck, *&c.*

Thalmudistæ fontes intoxicant. Hoc Pontifice Roman. Iud*æi per conductos elephantiacos fontes in* G*ermania intoxicant.*

Nicolaus de Lyra. NICO*laus de* L*yra ex* Iud*æo Minorita effectus, floruit.*

*Anno 1336.*

202. BE*nedictus 12.* Do*ctißimus* Theologus, *ordinis Cistercien. Sedit an. 7. mens. 3. di. 17.* Mẽ*nelius. Alij an. 4. mens. 3.* Carrãza. Vir *sanctissimus omnibus collachrymantibus sepelitur.*

*Is anno 1340. anno sexto* Eccle*siam in dumpfietenheim* Argentinen*sis diocæseos priuilegijs decorauit.*

R*eformauit ordinem* S. Be*nedicti.*

Noluit

Noluit cognoscere consanguineum, dicendo, Papam non habere consanguineos, Corni.

Domus Carthusiensium à ciuibus Argentinensibus iuxta Bruscam, erecta est anno 1340.

Anno 1343.

203. CLEmens 6. Nomine & re uirtuosus, ecclesiastes uerbi Dei summus. Sedit an. 10. mens. 6. di. 8. Circiter annum Christi 1353. cœnobium in dabichenstein oppidulo Alsatico fundatur.

Sub hoc pontifice Rex Galliarum Auinium concessit in perpetuum Romano pontifici.

Idem pp. Iubileum mutauit.

Anno domini 1350. Et anno 1386. Littouia fidem Christianam suscepit. Littouia conuertit.

Achademia Heidelbergēsis erecta, anno 1346. in qua & ego per biennium manum ferulæ subduxi, circiter annum 1535. Acad. Heidelb.

Electores imperij Ludouico Bauaro successorem delegerunt Carolum 4. mandato huius Pontificis. Circa hæc tēpora formula legis Carolinæ inchoata.

204. INnocentius 6. Hispanus. Sedit an. 10. Mēnelius. Cornip. alij cum Carranza habent an. 9. mens. 8.

Hic præbendas ecclesiasticas non nisi probatissimis sacerdotibus tū uita tū doctrina contulit. Nota.

*Flagellatorũ secta in Germania et Gallia emer sit circiter annum 1261.*

205. VR*banus* 5. *Doctor decretorum, circiter annum domini* 1363. *Electus sub Carolo* 4. *Cæsa re* 32. *sedit an.* 9. *Cornipol. alij an.* 8. *mens.* 4. *Carranza.*

*Hic Apostolorum capita operuit argento.*

*Crucem fecit prædicari cõtra lunigeros Mahometistas.*

Ordo Iesuatorum. *Hoc pontifice Ordo monasticus Iesuatorum inchoatus, sub Ioanne Columbino Senensi, anno* 1370. *Volat. Sabelli, &c.*

*Sub finem uitæ Vrbani S. Pyrgita deuota fæmina è Suetiæ finibus inclaruit: circa annum domini* 1368. *Cuius meminit Albertus Krantz lib.* 10. *Volat lib.* 21. *&c.*

Ordo S. Pyrgitæ emersit. *Catharina senensis clara.*

*Pragense Gymnasium erectum.*

BER*toldus de Bücheck Episcopus Argentinẽsis* 69. DAN*bacum & Bersam pagos Alsaticos muris & mænibus cingẽs, oppida fecit, Vuimph.*

*Successores.*

70. IO*hannes de Liechtenberg.*

71. IO*hannes de Linie.*

*Lam*

72. LAmbertus de fonte.
73. Fridericus de Blanckenstein, an. 15.
74. Burchardus de Lutzelstein, ann. 2.
75. Guilelmus 2. de Diesch, annos 44. anno dñi 1439. pridie nonas Oct. sepultus in Mollisheim.
76. Conradus de Busnang.

VVALtherus Hochschlitzius, huius nominis 3. Episcopus Augustanus præfuit an. 7. circiter annum 1362. confossus à comite EVERhardo de Vuerdenberg. Successorem habuit IOHannem uulgò Schadlandt.

Circiter annum 1371.

206. GREgorius 11. Lemonicensis sedit ann. 7. mens. 5. Carranza. Mennelius habet an. 8. Cornipol. ponit an. 7.

Hic Romam ex Gallia transtulit iterum pontificiam Sedem.

Ab hoc pontifice Florentini excommunicati sunt ob illatum sibi bellum.

Hoc pontifice Adrianopolis à Turcis capta.

Heluetica fœdera cæpere, anno 1386.

Ioannitæ Argẽtoratenses plãtantur anno 1371.

Bombarda instrumentum bellicum inuentum: Alij tempore urbani 6. dicunt, Plat. &c.

Scisma ingens.

Ingens Scisma ortum est, Itali Italum pontificem: (Vrbanum 6.) Galli Gallicum: (Cle-

*mentem 7.) alter in alterum censuris sæuiebat.* Durauit hoc *scisma usq; ad* Constantiense *Concilium annos 39.* Porro ITAlia, *Græciæ æmula.* Germania: Et Hungaria VRbano Romanorum *pontifici adhæserunt.*

*Anno 1379.*

207, VRbanus *6. sedit an. 11. mens. 8.* ROmæ *moritur, tempore* Ruperti *Imperatoris.*

*Circa hæc tempora* Lithuania, *palustris regio, Christianorum religionem induit.*

Gymnasium *Coloniense erectum, anno 1388.*

*Ab hoc pontifice* Romano *cõfirmatus* BVRchardus Ellerbachius *Episcopus Augustanus, circiter annũ 1382. præfuit an. 22. Successorem habuit* EVERhardum *comitem* Kirchbergicum.

*Anno 1390. Carranza.*

208. BOnifacius *9. Neapolitanus, prius* Petrus *de* Thomacellis. *Sedit an. 14. mens. 9. Carrãza. Mennelius habet an. 14. mens. 10. di. 2. Cornipo. ponit an. 13.*

*Annatas approbauit ex antiqua consuetudine. Annatas id appellant in curia Romana, quod ordinarij*

dinarij locorũ nominant, medios seu primos fructus: uide Nume. 18. Neemi. 10. Ne ergo ecclesia Babylonẽ repræsentaret, dãt summo põtifici inferiores episcopi, Annatas. Et sacerdotes medios fructus Episcopis, etc. Huiusmodi aũt Annatas in pios usus conuertendas esse, ratio efflagitat, lex Euangelica iubet. Annatarũ usus.

Hoc pontifice Chrysoloras è Byzantio in Latium græcas literas, quæ per 700. annos exulaurant, reduxit. Platin.

Clemens 7. Antipapa potiùs: an. 15. Cui Petrus de Luna (Benedictus 13. appellatus, scismaticus) Auinione suffectus est. Clemẽs 7. Bened. 13. Scismatici

209. Innocentius 7. Sulmonensis, Iurisperitus. Sedit Romæ an. 2.

Ordo seruatorum Monachorum, an. 1411.
Ordo Motolinecensium Monachorũ, an. 1408.

210. Gregorius 12. Venetus. Sedit Romæ an. 3. mens. 7. Is promisit cessurum se pontificatu, Si Benedictus 13. idem cedere non recusaret: Proinde concilio Pisis habito uterq; depositus & suffectus in locum eorum, Alexander, &c.

GRego. 12. Arimini.
Ioann. 23. Bononiæ,
Benedictus 13. in Hispan.
} in Concilio Constantiensi omnes deiecti.

211. ALExander 5. Cretensis. Sedit mens. 11. alij mens. 8. Bononiæ egit. Nam Roma ab Hungaris occupata, Car. &c.

Prius Petrus Cādianus, minorita, uir sāctissimus.

ANSELMVS de Neuningen Episco. Augustanus, circiter annū 1411. eo adhuc uiuente Fridericus de Graueneck intrusus, &c.

212. IOannes 23. Neapolitanus. Sedit an. 4. adijciunt alij cum D. Mennelio mens. 10.

Ordo S. Hieronymi circa hæc tempora institutus.

Ordo Scopetinorum siue S. Saluatoris.

Iohannes Gerson famosus.

Pogius Florentinus floruit, &c.

Cōcil. Cōstantiense.

CONcilium Cōstantiense tempore Sigismundi, anno 1414. Huic interfuerunt 4. Patriar. Cardinales 27. Archiepiscopi 49. Episco. 270. & Martinus 5. electus, deiectis alijs.

Triū pseudopontificū scisma sedatum.

213. MARtinus 5. Columnēsis, prius dictus Odo de Columna: Sancti Gregorij diaconus. Sedit an. 14. mens. 3. uacat Sedes di. 12.

Sub hoc Basileæ (Rauricorum urbs florentissima) Concilium inchoatum, anno domini 1431. præsidente Iuliano Cardinale S. Angeli Legato Apostolico. Ad quod Concilium Græcorum Imperator Ioannes suos Oratores misit, optans omnimodam unionem, Vrsper. &c.

Conci. Basiliense.

Eodem

Eodem tempore, ut Basilienſis Cõcilij acta teſtantur, Armeni Romano Epiſcopo tanquàm ſuperiori obedientiam iurarunt.

Hiſce temporibus Ochſenhuſium fit Abbatia, Bruſch.

S. MOnica mater. D. Auguſtini uolauit ad cælum, anno domini 383. 4. Non. Maij, ætatis 56. Cuius corpus ſub Martino 5. anno ſalutis 1417. 5. Eidus Aprilis Romam translatum eſt.

PEtrus Schauenbergus, Epiſcopus Auguſtanus circiter annum 1424. præfuit an. 45. uere nobilis Heros ad res componendas fœliciſſimus, & uerè εἰρηνοποιός: Cardinalis creatus à Nicolao 5. anno 1451. Succeſſorem habuit IOHANnem 2. Comitem VVerdenbergum. Academia Louaniẽſis anno do. 1422.

Circiter annum 1430. D. Mennelius.

314. EVgenius 4. Venetus, filius Angeli Gabrielis, è nobili familia Condelmeria. Sedit ann. 15. uacat Sedes di. 12.

Is ROmæ coronauit Sigiſmundum Cæſarem, circiter annum 1410.

Idem ROmæ Academiam inſtituit.

*Sub hoc Orientalis ecclesia occidentali S.Romanæ se coniunxit Ferrariæ.*

Cõcil. Florentinum. *Circa hæc tempora Concilium Florentinum de processione spiritus sancti.*

S. Bernar. *S.Bernardinus confessor, Natione Tuscus, uitæ terminum compleuit anno salutis 1443. Vernierus ponit 1440. ætatis uero suæ 63. Quem Nicolaus 5. pontifex, anno redempti orbis 1450. Catalogo coaceruauit sanctorum, sepultus in Aquila Aprucij urbe, &c æt.*

*EVERhardica Clusa, tribus lapidibus à Treueri cænobium Regularium canonicorum fundatur, anno 1440. &c.*

*215. FElix 5. prius Amadeus, princeps Allobrogum, uir honeste & sanctæ conuersationis. Sedit ann. 9.*

*Hic ut placida pax orbi ab ecclesia mitteretur, sponte cessit à pontificatu.*

*216. EVgenio successit NIcolaus 5. Lucensis. anno 1447. sedit an. 8.*

*Is Amadeum Sabaudum Cardinalibus adnumerauit, Germaniæ Legatum creans.*

*Caput Bicipitis aquilæ, sub hoc pontifice, à Lunigeris dissectum.*

*217. CAlixtus 3. Hispanus. Sedit an. 3. mens. 3.*

*Hic Iuris utriusq; doctoris titulo insignitus,*

*sanxit*

*sanxit ne quis à PP. ad concilium appellaret.*

*Idem transfigurationem domini 8.* Eidus *Augusti,ann 1456,ob uictoriam eo die ad* Bel*gradum acquisitam, instituit:&c.*

S. *Vincentius confessor* Valent*inus annorũ* S. Vincen.
*18. uirgo* Pr*ædicatorum:religionem ingressus, migrauit tandem anno 1418.ætatis 28.catalogo adscriptus sanctorum per* Calixtum *3.pontificem,anno domini 1450.*

218. *Pius 2.* Sen*ensis,antea dictus* Aeneas *syluius,altiloquus uates delphicam lauream meruit.* Sedit *ann. 6.* Vixit *post ortum* Seruatoris *circiter annum 1457.*

Hoc *pontifice ordo* Minorum *nouus institutur à* Francisco Siculo,Volat. *li.22.*

Circa *hæc tempora initium artis imprimẽdorum librorum typis æneis:sub* Pio 2.*circiter annum 1452.* Moguntiæ *ars inuenta,*Cornipol. Reijciunt *alij ad tempora* Friderici *tertij,&c.*

*Veneti* Cyprum *expugnant,*Sabelli.
Moguntia *expugnata.*

D. Erasmus Roterodamus *natus, anno 1469.* Idem *tactus disenteria (dysenteria ut tradit* Archigenes *ulceratio arteriarũ ac uiscerum.* Erasmus Roterod. uir insigniter doctus

rum. Habet similitudinem cum Tinesmo, &c. Volat. Philol. lib. 24. &c.) uita functus est. an. 1536. quinto eidus Iulias, sub mediam noctem.

S. Katarina Senensis patria Romæ extremũ diẽ placidißimè clausit, anno salutis 1460. ætatis 33. sanctorũ aggregata catalogo à Pio 1461.

Sub hoc Albertus de Eybe Babenbergensis ecclesiæ canonicus et Pij 2. Cubicularius, claruit anno dom. 1460.

Academ. Mogun. Friburg. Gymnasium erigitur Moguntiæ, circiter annum 1461. sub Diethero de Eisenburg. In hac Academia hodie florent uiri clarißimi D. Georgius wicelius, et magister Iohãnes Guntherus ambo uiri mœcænates. Et paulò post, an. 1463. Friburgi Brisgoiæ studium publicum erectum: In qua & ego Bacci lauream circiter annum 1541. accepi: &c.

219. Paulus 2. Venetus. Sedit an. 6. adijciunt alij mens. 10. suo tempore omnia officia Romæ uenalia erant: uir auarus, semper pauper, moritur solus, apoplexia tactus in cubiculo 2. hora noctis, gleba contentus, uacat sedes di. 9.

Circiter annum 1475. Simon, puer bimulus Tridentinus à Iudæis clam comprehensus, & omnibus cruciatibus prius adfectus, demũ cruci affixus est, confossus & punctus.

Caro

*Carolus Burgundionū dux, claruit armis etc.* Carolus Heduus.

*Festum Præsentationis Mariæ approbatū, Cornipol.* Festum præsent. Mariæ,

*Anno 1471. D. Mennelius.*

*220. Sixtus, aliâs xystus 4. Sauonensis, uir doctißimus, bone famæ ac S. uitæ, Cornipo. Sedit an. 13. uacat sedes di. 15. die 6. Ianuarij, uigilia Epiphaniæ naturæ debitum persoluit, &c.* Minores reformati recipiuntur zaberniæ.

*Iubileum in 25. annum reduxit.*

*Albertus Bauarus Episcop. Argentinensis 78. anno do. 1478. à Sixto 4. PP. primos omnium beneficiorum fructus extorsit, wimph. migrauit V. pater & princeps illustris, 2. feria in festo Bernhardi, circa horam 4. ante meridiem anno 1506. præfuit an. 27. mensib. 9. di. 5. &c. Antecessorem habuit Robertum D. Bauariæ Episc. Argent. 77. anno 1449. sepultus zaberniæ. obijt anno 1487. di. 17. Octobris sub eodem Sixto 4. &c.*

*Anno domini 1473. æstas feruentißima & inaudita.*

*Maximilianus Cæsar 38. à Brugensibus, sine merito captus.*

*Hydruntum obsessa à Mahomete.*

*Morbus gallicus irrepsit, etc. hæc parergôs.*

*Fridericus 2. comes de Hochzollern, Episcopus Augustanus 59. præfuit an. 19. circiter annum 1486.*

*Successores.*

*Henricus de Liechtenaw, profuit an. 12.*

*Christophorus è familia Stadionum homo literatus, & à studio pacis non alienus, rexit episcopatum Augustanum, an. 26. Quieuit an. 1543. in Norimbergensi Imperiali conuentu.*

D. Mennelius 1484.

Modestus et supplex PP. — 221. *Innocentius 8. Genuensis, Iohannes Baptista antea uocatus. Sedit an. 8. di. 16. alij cum Mennelio an. 7. mens. 11. Cornipol. ponit tantũ an. 8. In rebus gerendis prudentißimus fuit.*

*Sub hoc reformatio multorum Monasteriorum in diuersis mundi partibus. Cornipol.*

Secretariorum collegium à quo introductum. — *Secretariorũ (sic uocant secretiores principum familiares, qui à Secretis sunt) collegiũ auxit.*

*Ordo*

*Ordo pænitentium mulierũ meretric. emersit.*

*Anna Britanniæ ducissa à Carolo erepta Maximiliano.*

*Doriphori quos* Lantzknecthos *dicunt, in Germania orti.*

*Almerici nauigatio in terras longinquas & incognitas, clara.*

*Floruit* IOhannes Geylerus *Cæsaremontanus conteraneus meus, ecclesiastes* Argentoratensis, *pius & profundus theologus: Qui huic officio, constanter, feruenter absq; assentatione cum bono uitæ testimonio præfuit & profuit an. 33. uixit ann. 64. mens. 11. di. 24. obijt totius Alsatiæ lachrymis defletus: sub Maximiliano August. à quo ob uitæ integritatem plurimũ amatus est, anno salutis 1510. sexto eidus Martias. Cuius uitam descripsit clarissimus uir* Beatus Rhenanus Seletstatinus, *&c.* D. Iohannes Keisersperginus.

*Sub Innocẽtio 8. claruit* Rodolph. Agricola *Groningensis, natione* Friso, *mortuus* Heidelbergæ *mẽte in deũ porrectissima, sub* Friderico *Imperat. 3. an. dom. 1485. Indictione 3. Sepultus* Heidelbergæ *apud fratres minores.* Rodolph. Agricola.

*Anno salutis 1500.* Cornipol.

*Anno redempti orbis 1512.* D. Mennelius.

*Alij ponunt 1503.*

221. *Alexander 6. Valentinus, antea Rodericus Borgia nuncupatus: Calixti ex sorore nepos, Præfuit Christianis sacris an. 11. adijcit* Corni*pol. di. 8.* Electus Imperante Friderico. Hic *à primæua ætate in omni disciplinarum genere educatus est,* Corn. *Vacat sedes mens. 1. di. 5.*

Idem PP. *Sixti secutus institutum,* Iubil*æum non modo* Romæ, *sed etiam in longinquis prouincijs propè uicatim instituit, idq; maxime sui commodi et* Harpyiarum *causa.* Is *inquit* P. Iouius Episcopus Nucerinus, *ab immani cupiditate maiores opes affectans,* Columnios *pariter atq;* Vrsinos *uarijs afflixit cladibus, pontificatuq; uaria labe polluto, cuius antea nomē sanctius ac uenerabilius fuerat,* Italicarū *rerū statū magnopere cōturbauit,* Hæc Iouius *li.* Hist. *etc.*

polid. li. 8. cap. 1.

*Sub hoc Iudæorum 10000. alij 100000. ex* Hispania *eiecti,* Sabelli.

Carolus 5. nascitur.

*Anno dom. 1500. Vicesimo quarto Mensis Feb. in festo* D. *Mathiæ Germanorū Apostolo:* Philippo *Archiduci Austriæ natus est filius, qui Baptismo admotus, Caroli nomen accepit.*

Cruces cruentę in uestibus hominum uisæ.

*An. do. 1501, cruces uestibus hominū in Germania inciderunt passim:* Hoc idem tempore Io*hannis 12. accidit.*

*Hisce temporibus regnarunt ad* Orientem

*tres*

*tres maximi & potentißimi Monarchæ:* Baiazetes *Turcarum Imperator:Caytbeius Ægypti Syriæq; Sulthanus: &* Iacuppus *Persa magni Assymbeij cognomento Vssuncassani filius.* Item *M*Aximilianus IMperator. Ferdinãdus *Hispanorum sceptrifer.* Galliæ *uerò* Carolus 8. *Angliæ*, Henricus 7. *Scotorum*, Iacobus *Stuardus.* Polonorum, Alexander. *Moschorum*, Iohannes *Basilius.* Neapolitanorum, Ferdinandus *Arragonius. Pannoniæ autẽ &* Bohemiæ, Vladislaus. *Tunetensium*, Mahometes. De rebus gestis tantorum regum uide tomos 2. P.Iouij episc. Nucerini.

*An.do.*1500.*feria* 6, *in festo diui Augustini Brusca(sic uocat wimphelingius)fluuius undiuò mus ferè* Molshemenses, *diocæseos* Argentin. *oppreßit tã uehemẽti impetu, ut murus ad multas hexapedas longus sit auulsus.* Et *paulò post circiter annũ* 1502. *in pauli Cõmemoratione, cõflagrauit flãma, pagus* Alsaticus Ernoltheim *uehementi fulmine tactus.* Gros wasser zu Mollisheim. Ernoltzeim verbrent.

*Anno domini* 1503. *di.* 4. *ante festum* Poten*tianæ uirginis* Maximilianus *rex* Romanorum *uenit ad* Mollisheim *oppidũ alsaticum, & per duàs noctes totidemq; dies ibidem hæsit.* K.Maximilan kam gehn mollisheim.

*An. domini* 1502. *ipso die* D. Erasmi *Episcopi, strangulatus est* Simeon *Thalmudista in pago alsatico dorlosheim, decimo die expirauit.* Jud zu dorlesheim erhenckt.

Anno

*Anno dominicæ Incarnationis 1492. ipso die Medardi quæ fuit 6. feria ante festum pentecostes mox post 7. horam de sero magnam iacturam pertulit oppidulum Dabichenstein Argentinensis diocæseos, nam 13. domus & 16. horrea præter domos torculares & stabula igne cõsumpta sunt cum omnibus in ipsis cõtẽtis. In cuius rei memoriã tale lusit schediasma Florentius Hundius plebanus ibidem.*

Dachstein verbrent.

*Heu tibi Dabichẽstein Medardi flãma choruscãs*
*Præsulis in festo plurima damna tulit,*
*Horrea bis septem tredecim succendit et edeis.*
*Cunctaq; consumpsit parta labore graui*
*Omnia uastasset homines pecudesq; domosq;*
*Si deus e celis ferre negasset opem, &c.*

*223. Pius 3. Senensis, Pij nepos, ingenio & literis clarus, summus religionis Christi princeps & assertor: Pontificatũ tenuit di. 17, al. di. 30. dum celebratur concilium Lateranense, Cornipol, uacat sedes di. 14.*

D. Iacobus Vuimphelingus.

*Hoc pontifice claruit charißimus consanguineus meus, (ex parte dulcißi: matris Magdalenæ Ræserin) Iacobus Vuimphelingus Seletstatinus, Qui non parum herbescentia per Germaniam studia promouit: Longum fuerit enumerare,*

*quæ*

*quæ pius pastor suis annis ædiderit.* Iacobi *wimphelingi meminit* Erasmus Roterod. *in epistola ad nobilem & doctum uirum* Ioannem Vlattenum (*Legatus fuit ducis Cliuensis anno domini* 1543.) *lib. epist.* 23.

224. *Iulius* 2. *Nepos Sixti, ex Sauona oriundus Ligur: moritur bellico nomine clarus septuagenarius senex pontificatus sui anno* 10. &c.

*Gulielmus episcopus* Argentinensis 79. *ex comitibus* Honstein, *uitæ integritate nulli (quod absq; inuidia dictum sit) secundus: electus die* 9. *mensis* Octobris, *anno domini* 1506. *Confirmatus* Bononiæ 4. *die decembris à* Iulio 2. PP. *ordinatus in sacerdotem zaberniæ dominica* Reminiscere *eodē anno.* Sabbatho, *altera die post festum* Seuerini *episcopi anno* 1506. *cum solenni processione in oppido* Mollisheim *ab incolis receptus est, & anno* 1507. *feria* 2. *In festo* D. Francisci *applausu* Argentoratensium *introductus est:* Quem *comitati sunt comites & Barones* 19. *cum equitibus* 640. *Vltimo tandem multis insumptis uigilijs & laboribus pro grege suo, uitam morte commutat, laudabilis princeps, totius curiæ dolore: præfuit & profuit an.* 35. *terrestre domicilium deseruit ipso Apostolorum* Petri & Pauli *festo.* Vuilhelmus episc. Argentin.

225. LEO 10. *Florentinus, Qui ad iniuriam humani generis immatura morte surreptus est, antea dictus* Ioannes Medices: *Angeli Politiani quondam discipulus, moritur pontificatus sui an. 9.* Hic 3. *Eidus Aprilis sacri Imperij thiara, more maiorum accepit, &c.*

Conc. Lateranen. *Sub hoc pontifice, & sub Iulio 2. celebratũ est concilium Lateranense.*

Luther. *Temporibus Leonis 10. Martin Luther Saxo cucullatus nouum dogma mundo publicat, circiter annum 1518. Cor. idem an. do. 1520. di. 37. Iulij hæreticus declaratur.*

*Ex unica exotica opinione, maxima tragædia, dispar religio cruenta contentio.*

Muntzer. *Post hunc Thomas Muntzer seu monetarius rebellionem excitat, anno 1525. alij 1524. Paulò post pœnas dedit, &c.*

Zuinger. *Circiciter annum 1525. Berengarij error renouatur à zuinglistis. Zwinglius ad Capellas pugnans, ex pastore Ferentarius: occubuit anno 1530. in Octobri mense.*

Morbus Anglicus fæda lues orbem inuasit, ann. do. 1529. eadẽ etiã irrepserat ann. 1486.

*Breuiter: secta sectam procreat, Carranza. Bestia bestiam gignat, necessum est: exidna, exetrã. Putredinẽ putredo. Malus coruus malum ouũ. Oui mali mal⁹ pullus, spina nõ profert uuas nec tribulus ficus. Sæpe pariunt cuniculi, sed sæpius*

*sæpius factiosi. Mala herba nō facile marcescit: uniformis res ueritas, mendacium autem in uaria distrahitur.*

A *Fructibus cognoscetis eos.*

*Ann. do. 1531. Turca prælusit in Austriam:*

Anno 1523. *octaua* Calend. Ianu. Rhodos *insula in Solimanni potestatem uenit.*

A. 1525. Bellū Rusticanū in Germania excitatū.

*Anno 1526.* Hungarorum rex Ludouicus à Solymanno *Turca cæsus est,* Buda *direpta:* Hūgaria *ferro & igne uastata.*

*An. domini 1529. cincta est* Vienna *Austriaca à* Riphæis Getis: *&c.*

*Leonē decimū modis omnibus summū, et maximū, pronūciauit* Eras. Rot. *Alio in loco (in epistola ad* Grimannū Cardinal.) *uocat* Romanū *pontificē numē quoddā terrestre, cuius nutu ac renutu res uniuersæ mortaliū pēdēt.* Et Lutherus *beatißimum uocauit, his uerbis.* Beatißimo *patri Leoni 10. pontifici maximo,* Frater Martinus Lutherus *Augustinianus æternam salutē. &c.* Et *meritò hoc titulo honoratur* PP. *dum enim hoc audit, aßiduè commonetur quid ab illo præstari oporteat: Non ergo inuidemus pontifici titulum illum tergeminæ*

In dedicatoria Epi. noui test. ad Leonē.

PP. Beatissimus dicitur nō abs re.

 *bonæ*

Pontificis summi officium. *honeſtatis,&c. uicarius eſt Chriſti,uiſitet ergo in terris ſeruos Chriſti,ſcriptum enim, Gene. 25.* Rab iaebod tzair, *hoc eſt, maior ſeruiet minori.*

226. *Adrianus 6. Germanus, Traiectẽſis, præceptor Maximi et catholici Imperatoris Caroli 5. Auguſti, Homo uitæ moderatæ, Qui omnibus Chriſtianis ueluti ſidus proſperum in hoc tam periculoſo ſalo mirum in modum præluxit uſq; ad rogum. Sedit menſ. 20.*

*Idem PP. domum ſuam Louanij extructam magnificè, in uſum uertit ſanctis literis ſtudentium, iiſdem etiam in alemoniam relictis prouẽtibus annuis.*

*Huius diſcipulus Albertus Pighius Campenſis, ueſtigijs præceptoris inſiſtens.*

*Huius PP. innocentiſſimam uitam Iohannes Battus cum conſectaneis execranda malitia cõmaculare eſt adniſus.*

D. Sebaſtianus Buechingerus patruus. *Circa hæc tempora extremum & fatalem clauſit diem D. Sebaſtianus Buechingerus Colmarienſis, nominatiſſimus Anachorites, patris mei chariſſimi Gregorij Buechingeri frater, Theologus non infimus & ſtrennuus athleta in uinea zebaoth, ætatis ſuæ 96. Cuius anima, cum omnibus Chriſtifidelibus animabus, requieſcat in pace, Amen.* 227.

227. *Clemens* 7. *Florentinus, antea dictus* Iulius Medices. *Hic diuturno stomachi uitio tabe factus sexto calendas* Octobris *ergastulo corpusculi exolutus, naturæ debitum persoluit, Anno pontificatus* 11. *ætatis uerò* 57.

*Hic adiutus opera* Fräcisci Quingnonij, *historiolas aliquot sanctorum utriusq; sexus cum Christo in paradyso conregnantiũ, succinctè & eruditè descripsit, inq;* Romanũ Breuiariũ *insceri curauit omnib⁹ calũniatorib⁹ ansam amputãs*

*Carolus* 5. *Maximus* Imperator Bononiæ *à Clemente* Imperij *insignia accepit, an.* 1530. *di.* 24. *Februarij.*

*Captus* Gallus, *an.* 1525. *die eodem quo coronatus Cæsar.* ROma *capta à Cæsarianis iniussu* Caroli 5. Imp. *circiter an.* 1530. *di.* 24. Feb.

*Heluetij Sabaudiæ parte potiuntur, an.* 1536.

*An.* 1532. *mẽse* Iunio, *altera* Solymãni *Irruptio in Germaniã, uisa est.* Eodẽ *an. stella crinita (quã Græci cometẽ appellãt uisus est.* Cristiernus *rex* Danorũ *Christianißimus captus eodẽ an.*

228. *Paulus* 3. Romanus: *antea dictus* Alexander Farnesius, Ostiensis Episcopus, *exactæ ætatis, et ferè senio cõfectus, publico consensu, & præclara uoce totius Senatus, ad sublimem illũ põtificiæ dignitatis apicẽ conscẽdit: coronatusq;* Paulus 3.

 demum

*demũ triplici thiara, secundo* Nonas Nouẽbris; *Cuius salutares conatus fœliciter deus* Opt. Max. *prouexit ad extremum usq; spiritum. Sedit an. 15. al. an. 14, die nono* Nouembris *supremum uitæ diem clausit.* De Pauli 3. *probitate & fortitudine: uide* P. Iouiũ *lib. 40. histo fol. 152. parte 2.* Tomi 2. *&c. uacat sedes mens. 3. di. 2.*

Concil. Tridentinum.

*Sub hoc concilium* Tridentinũ (Tridentũ *est in alpibus, ad Athesim flumen* Austriacæ *ditionis oppidum, à* Venetijs *iter tridui,* Verona *non bidui, &c.) anno 1546.* Decretũ *primæ Sessionis* Tridentinæ *pronunciatum per* R. Episcopum *Castrimar:* Hispanum *die 7. mensis* Ianuarij. *decretum 2. sessionis, pronunciatum die 4. mensis* Februarij, *per* R. D. Archiepiscopum Turritanum. *Sessio 3. celebrata 5.* Aprilis. *primum decretũ. 4. Sessionis 17. mensis* Iunij *an. 1547. &c. Sexta sessio die 13.* Ianuarij *ann. 1547.* Sessio *7. die 3.* Martij. *&c.* Præsedit IOhannes MArius, *Cardinalis à* Monte, *&c.*

Erasmus Episc. Argentoratensis.

Erasmus Episcopus *Argentinensis 80. princeps integritate uitæ conspicuus, & præter absolutam eruditionem, exquisitæ diligentiæ: electus est anno redempti orbis 1541. circiter festum* D. Laurentij. *Sub illo translatus est cultus*

*tus diuinus ecclesiæ Xenodochinæ in Mollisheim in superiorem ecclesiam parochialē, nutu Summi pontificis* Pauli 3. *& Capituli (generosorū comitum) ecclesiæ Cathedralis* Argentinensis, *anno post natum* Christum 1550. *die* 20. No*uembris, &c.*

Hoc *pontifice* Isabella Portugalliæ *regis filia*, *Caroli* 5. *Vxor primo Maij fatalem in* His*pania clausit diē, an.* 1539. *&c.* Et *paulò post.* Franciscus Valesius *Galliarum rex indomabili febre* 18. *dierum confectus, in arce* Rambu*letana, quod abest* Lutetia *iter diei, pridie Calend. April. anno ætatis* 54. *regni* 33. *naturæ debitum persoluit, anno* 1547. *etc.* Henricus 2. *filius eius iuuenis circiter* 28. *annorum*, Remis *more patrio rex Galliarū in ordine* 58. *ad* 7. *Calend. Augusti inauguratur, &c.* Henri*cus* 8. *Anglorum rex, anno regni* 38. *obstructo suppurantis tibiæ meatu, ardentissima febre correptus moritur* 7. *Calend. Februa. &c. ad institutum.*

Otto Truccesius *ex illustri familia Comitum de waldpurg oriundus ac prognatus, literarum studio uitæq; probitate longe nobilior illustriorq; factus*; S. R. E. *tt.* S. *Sabinæ Cardinalis, &* Otto Episf. Augustanus.

 *episs*

episcopus Augustanus 58. Integritate morum & eruditione conspicuus: omnium uotis electus ann. 1543. tantæ expectationi satisfecit. Sub hoc erectum gymnasium Dilingæ in Rhetia uerè catholicũ & pium institutũ: Huic uniuersali studio hodie summa cum laude tum fructu præsunt uiri Mecænates clarißimi.

D. Cornelius Herlenus à Rosenthal, studij Dilingensis Rector magnificus.
D. Guilielmus Lindanus Sacræ Paginæ Licentiatus & professor.
D. Sebastianus Solidus Poëta, Delphica laurea coronatus
D. Theodoricus Sprangius, utriusq; linguæ professor,
M. Hadrianus Besemerus Philosophiæ professor: &c.

Anno 1549.

219. Iulius 3. Aretinus, cui prius nomen Ioannes Marius, Cardinalis à monte, Episcopus Prænestinus: Imperãte Car. V. Maximo Imper. In pontificalẽ dignitatẽ an. 1549. die uerò 8. mẽs. Fe. Sũmo cardinaliũ omniũ suffragio assumptus est: uir cũ morũ grauitate et doctrinæ coniunctã habens

habens præſtātiam, & pietatis Christianæ affectum: Qui nec immeritò Tridentini concilij negotijs præſidem ſe exhibuit. Sedit an. 6. Moritur 23. Martij, Anno 1555.

Anno domini 1529. Dominica reminiſcere ſuſpenſa & abrogata eſt Miſſa Argentorati. Anno domini 1550. ipſo purificatiōis Mariæ feſto, eadem reincepta, uerùm eodem die ceſſatum, & paulò poſt in feſto pentecoſtes, (24. die Maij,) continuata, omnibus controuerſijs ſublatis, &c.

Annus Iubileus celebratur Romæ, anno 1550. Annus Iubileus.

HEdinū arx fortiſſima in Gallia Belgica (Carolo V. Cæſari hodie paret, cuius potentia tanta eſt, ut nō ſolùm Germaniæ, Hiſpaniæ, Italiæ, Siciliæ, Neapoli regnis, totiq; Africæ, cæterisq; inſulis auriferis, quarū non eſt numerus, nota ſit: Verùm etiam ad extremas uſq; Indias, antea incognitas, uirtute, fortitudine, & fortuna illius inueſtigatas protendatur) à Philiberto Pedemōtanorum principe, altero uelut Achille, nomine Cæſaris capta, Anno domini 1553. &c.

Anno domini 1553. extremū clauſit diem Frāciſcus Donatus dux (82) Venetus die 23. Maij. Cui ſucceſſit Marcus Antonius ex Treuiſanorum familia.

230. *Marcellus tituli S. Crucis in Hierusalē Politianus Cardinalis ex dominio Senensiū, grauißimæ eruditionis, & spectatæ fidei, qui post multos tandem hostiū insultus, multis (cū Leone 10. Paulo 3, Adriano. 6, Clemēti. 7. Iulio 3. &c.) iactatus calamitatib⁹, præpropero ereptus fato, Christi regnum petijt, anno 1555. Sedit di. 21.*

231. PAVlus 4. *Parthœnopeus, suffectus in locū Marcelli, de familia nobili CAraffa, Sūmus Hierarcha est renunciatus, uir ut imaginibus, pietate & multijuga eruditione clarißimus: Ita in rebus ad ecclesiæ splendorē spectantibus, omniū iudicio, facile primus est, qui atrocißimas bellorum procellas in summā tranquillitatē serenitatēq́; redegit, & in sarcienda religiōis prouincia alterū se Esdram exhibuit, hoc est solertißimum restauratorem & architectū, &c. Quæ quidem uirtutum commemoratio, non adulatio, sed est ueri ipsius testificatio, & ad rei gerendæ constātiam ac alacritatem extimulatio, &c.*

## ORDINIS inter nos *necesßitas.*

CEphas igitur & qui successerūt in hac sacrosancta sede ROmana, recte constituti sunt à dño Deo. Id enim ratio rerū, et ipsa miri-

*mirifica productrix* NAtura *expostulat, unus a-lium ut antecellat. Sic in tabernaculo simul & tē-pli Salomonis ministerio ordo erat sacerdotum* Leuitarūq; *(ordo enim ex multis gradibus necessario consistit.) Quibus* Cohē Gadol, *id est sacerdos magnus, quem nos* PApam *id est, patrē patriæ seu pontificem Maximum* (Ἀρχιποίμην *græce*) Romano more *uocamus, præficiebatur. Sic caput sacerdos Amarias in Israhel, 2. para. 19. Sic sacerdos* Ioiada *quem publice pronunciauit rex caput seu* Rosch, *2. para. 24. Sic Aharon pontifex summus est à* Deo *creatus: Abiud, Eleazar, & Ithamar uerò, longe minoribus cerimonijs initiati sunt.* Ordinis *inter nos necessitatem natura docet apicularum exemplo, quæ in suis sirpiculis unum obseruant sceptriferum* βασιλέα: *uerum ergo est, quod ait* Basilius *Magnus in Gordium martyrem.* Naturæ *lex, inquit, apibus innata fratres dilectissimi, nisi rex prius agmen præcedat, ab aluearibus nūquàm discedāt, hactenus* Basilius. *Sic Iudex unus prouinciæ.* Roma *septicollis illa maxuma, ut cōdita est duos fratres uterinos simul habere reges non potuit, & parricidio dedicatur.* In Rebeccæ *utero Esau et Iacob (cognomēto Israël appellatus, hoc est, princeps* Dei) *gesserunt bella, Gene. 25. &c.*

PAPA: ποιμανεῖ, quod est pascere siue regere.

Ex Esau Edomitæ.

Sic

Centurio. Sic sunt in exercitu, Hastati, primipilarij, Centuriones: (centurio turmæ 100. stratiotarũ magister, Græce Hecatontarchus) decuriões: Magistri cohortium: præfecti legionum: Tribuni militum: duces, &c. Et Caput omniũ exercituũ IMperator. Sic in naui unus Limenarcha & Triarchus. Domus ad unum familiæ patrem reducitur. Ciuitas ad unum Principem, etiã quæ Aristocratia uel Democratia utuntur. Sic habent ordinem suum longe decantati & superstitiosuli gentiles: MOrabitã, Mauri. Indi insulares, Quines. Aegyptij, (posteritas Chã & Mitzraim, Gen. 10. Ps. 78.) Caliphum. Callecutij, Archibramimum. Alcoranisti, suos Talismanlar. CVbenses, suũ Cacicum, Quebi, Tiba, Saccũ, Iura, &c. Habuit Comana urbs regis Ponticorũ (Strabo li. 12.) suos Hierodulos. Romani, Salios. etc. Obseruat etiam Abyssinorum max. rex Abuma patriarcham Christianæ professionis. Sũma: Ordinem requirit lex naturæ: Imperialis: Omniũ gentiũ consensus approbat. Sic habet curiales suos plebeios magistrat? seu tribunũ unũ, (quos Græci ὕπατον: ἀνθύπατον: & αὐτοκράτορα uocant) cuius est uocare ad comitia curiata. Planetæ inferiores, inquit Basilius, subsunt superioribus. In corporibus quoq; animantiũ caput cætera tuentur & uene-

Vide P. Io uiũ li. 33. Hist.

Vide Pet. Mar. in oceaneis decadib.

Summum consulem. Procõsulẽ Dictatorẽ

*uenerantur membra.* Et *in partibus animæ ratiõi appetitus ſubijcitur, quòd ſi ab eo, inquit* Baſi*lius, deſciſcat, in præceps nõ ſolùm animum, ſed corpus tradit.* Et Homerus in *ſecundo* Iliados. ὀυκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. *Hoc eſt, non bonũ multorũ dominatio, unus dominus ſit, unus rex, &c.* Quintus Curtius *de rebus geſtis* Alexãdri Magni, *ait.* Im*periũ quod ſub uno ſtare poteſt, dum à pluribus ſuſtinetur, ruit, & inſociabile regnum.* Et Lu*canus.*

*Nulla fides regni ſocijs, omnisq́; poteſtas.*
*Impatiens conſortis erit, &c.*

T*Otus itaq; ordo naturæ imò recta ratio inducit, quo entia bene regãtur, ut* Imperia, *& regna politiæ quoq; ſubſiſtant unum eſſe principem. Ita & decuit in religione* Chriſtiana *& eccleſia* Chriſti *ordinẽ eſſe, unus ut alteri ſubſit:* Inferiores *ſuperioribus:* Cathedra *una in una eccleſia: ubi enim non eſt ordo, inquit ille, ibi eſt confuſio:* Quod *eccleſia* Monſtroſa *ſatis manifeſtè in ſuis diſtractis ſententijs & opinionibus demõſtrat, etc.* Iudæi *abſq; capite uiuentes, experti ſunt ſeditiones, ſectas, idololatriam:* Id *certè*

*dudum*

Iudicum 17. & 18. *dudum etiā nobis Christianis euenisset, nisi diuina prouidentia penes unum Pontificem summa rei posita esset. Multis itaq; presbyteris unus Episcopus in scismatis remediū præpositus est. Episcopis cuiusq; prouinciæ unus Archiepiscopus, qui & Metropolitanus dicitur, Horum meminit D. Hieron. ad Pammach. Metropolitanis uerò pluribus, unus PRImas: Inter quos omnes, PONtifex maximus Romanus, ueluti tenens legittima (Augusti. Epi. 162.) successione Cathedrā S. PEtri Apostolorū Principis. (Quē Christus singulariter ouili suo præfecit, & cui confirmationem fratrum imposuit, Ioā. 21. Luc. 22. &c.) summus est, amplitudine iurisdictionis et sollicitudinis omniū ecclesiarū, summus quidem, at non principiū uniuersitatis seu omnia in omnibus, sed omnium minister, seruus seruorum IEsu Christi &c. Voluit itaq; unitatem eius sponsæ esse integram ac immotam, cuius ipse primarium caput existit. Non quò in ipsas personas, quæ alioqui labi possunt, hāc unitatē collocemus, sed quò circa unam SEdem Petri præcipuā ac uicariā quandā authoritatem agnoscamus, ueneremur, adeò ut quanq; personæ non semel uarios in errores cum fidei tum morum lapsi sint, perstat tamen huius S. Sedis unitas, perstat cōcredita potestas, Christi promißione*

Hierarchia ad qd instituta. Hiero. in epi. ad Titum.

Papa quomodo summus. Vide Anba. Boem. li. 2. ca. 12.

Nota.

Vna S. Petri.

*missione roborata, &c.* Nolo inquàm *summorum pontificum quorundā patrocinari flagitijs, si qui lac ouium fortè consumentes, sese lana uestierūt, & adipem depasti sunt:* Cuius Hezechiel *meminit, cap. 34. Oues autem non pauerunt.* Ete*nim ut* Petri *fides non concidit, pro quo Christus strenuus Antagonista orauerat, cum eum negasset. Ita summus hic clauiger cum improbè in terris res Christianas gubernat, non ob id illicò debemus sponsam Christi negare, sed omnipotenti iusto Iudici omnia committere, qui cuique iuxta opera sua tribuet, est enim remunerator bonorum, & malorum uindex acerrimus,* Matth. *25.* Et *quo altior est* Gra*dus, eò ruinæ casus grauiores imminent, & potentes potenter tormenta patientur. Monstruosa res gradus summus & animus infimus, inquit* S. Bernardus *de considera. lib. 2. Sedes prima & uita ima: lingua magniloqua, & manus ociosa: sermo multus & fructus nullus: uultus grauis, & actus leuis: ingens authoritas, & nutans stabilitas. hactenus ille.* Labi *ergò, ut repetam, possunt magnates ecclesiæ, non propterea statim cachinno excipiēdi, et iudicandi:* Labi *enim permittit eos cœlestis pater & tentari, ut tētatis cōpati poßint,* Hebre. *4. etc.* Expectabatur *in lege*

*à ſede Aharonica cauſarum diſsidentium iudiciũ. At nunc in noua lege, ubi una ſumma eſt ſedes, quanquàm uicaria, ad illam in eccleſia dubijs in rebus confugimus.*

Vide Pig. lib.2.ca.4. Eccl. hier.

Electio pōtificis qualis.

*Qualiter autẽ ſit eligendus Pontifex, uide decre. Concil. Aurelianeñ. 4. Can. 2. ubi oſtenditur pontificij honorem non uotis eſſe quærendum, ſed meritis, ſed moribus, ſed omnium fauore & ſuffragio. Qui enim cenſurã habet & præeſt multis, hunc irreprehenſibilem eſſe oportet, &c.*

*Sed qd opus anxiè digladiari: cur dubitamus, inquàm, de Chriſti promiſsione Eccleſiæ facta: Cum certũ ſit ipſam eſſe fundatam ſupra* FIRmã *Petram & perpetuò manſuram?*

## Traditiones eccleſiaſticæ ſunt obſeruandæ ut à Maioribus ſunt traditæ, & de his dubitare inſaniæ eſt inſolentiſsimæ.

*AT obijcit acutulus Magiſtellus, Mandata Dei, non huiuſmodi pontificũ inuentiões, traditiones, cultus externus, etc. prædicãda ſunt, dicẽte Paulo* Ro. 16. *Rogo uos fratres, ut obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam, quam uos didiciſtis faciunt, decli-*

*declinate ab illis, &c.* R. *Imò & hominũ, si nihil diuinæ potentiæ derogãt: uide Basilium li. de spiritusancto, ca.* 27. *Augustinũ Casulano scribens Epi.* 86. *& ad Ianuariũ li.* 1. *ca.* 1. *Si quid per orbem frequentat ecclesia, inquit, an ita sit faciendum disputare, insolentißimæ insaniæ est.* Vide *eũdem ad* Pollentiũ *li.* 1. *ca.* 14. Gregoriũ Magnũ *ad Læandrũ.* Epistolam Athanasii *ad* Epictetum Corinthiũ. Augustinum Epi. 163, *ad* Eleusium. Et *eundem Aug. de moribus ecclesiæ lib.* 1. *ca.* 29. *& in libro de utilitate credendi, cap.* 17. *&c.* Traditiones *hominũ nec reijciebat, neq; infirmabat* Christus, *sed querebatur & reprehendebat, quòd homines illis magis tribuerent, quàm præceptis ipsius* Dei: *uide* Origenem Math. 24. Hie. *ad* Lunicium Bithicũ, etc, *Sic etiam* Paulus 2. Theß. 3. κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, *hoc est, tenete firmiter constitutiones, &cæ.* Præcipimus *uobis, inquit, per nomẽ dñi nostri* IE*su Christi, ut subducatis uos ab omni fratre, qui inordinatè se gerit, & nõ iuxta institutionẽ quã à nobis accepit.* Viden' *traditiones* Apostolorum *esse obseruandas ut Christi præcepta?* Dic *mihi,* Buccinator, *ubi in scripturis inueniam dominicam diem (in quo* Deus *lucem condidit: à mortuis resurrexit: &* Spiritum *sanctum in discipulos infudit) ob-*

 *serua-*

*seruari præceptum, quem ecclesia colendum præcepit?* Dic rursum *ubi iussum fuerit in scripturis, diuorum esse uenerandas imagines? certè septima synodus* (367. *patrum*) *condemnauit* Iconomachos *&* Eiconoclastas. Dic, *inquàm, quæ scriptura tradat patrem ingenitum dici?* Nam Hipponensis *hoc ipsum in scripturis nusquàm inuenire se potuisse testatur: & tamen ad substantiam fidei pertinet.* Paschale *festum non alio quàm dominico die festiuum esse, quæ scriptura tradit?* Profectò *nusquàm in sacris literis istud comperies, &c.* Sed *&* Paulus *post suum reditum quædam* Corinthijs *pollicitus est se dispositurum. Cætera, inquit, quum uenero disponam.* Quis *pontificum cœtus tradidit baptizandos perungi oleo, domino docente* Baptizari *in nomine* Patris *& filij & Spiritus sancti?* Quæ *synodus sancta sanciuit feruentem aquam sanguini dominico permisceri?* Vbi *in* Euangelio, *&* Epistolis Pauli, *seu reliquis scripturæ locis hoc iuramentum, quod baptizandum facere oportet reperitur?* Eusebius *ex* Philone *ostendit, tam uiros quàm mulieres in ecclesia primitiua sua loca determinata habuisse, ut commodè & decenter sacris interessent.* Quod Apostolicæ insti-

*institutionis esse uides, 1. Corinth. 14. uide Chrysostom. in Matth. Hom. 74. & cæt. Vnde etiam non solum Apostoli impositionem manuum, quam in Christo sepius uiderunt, olei inunctionem, sed & crucis signaculum, ad Orientem deprecandi ritum: & c. ecclesiæ obseruanda tradiderunt. State, inquit dominus, super uias &* Apostolorũ diaxaxis. *uidete, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit uia bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus uestris. Et Deutero. 4. En populus sapiens & intelligens, gens magna, nec est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster, adest cunctis obsecrationibus nostris, quæ enim est alia gens sic inclyta, ut habeat cæremonias, iustaq; iudicia, & uniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos uestros? Custodi igitur temetipsum & animam tuam solicite. Sic in Thelen. concilio lectum est. Ea quæ patrũ constitutione sunt cõstituta firmiter obseruare debetis, & c. Breuiter. Ecclesia cæremonijs utitur, nõ quòd in his externis (si desit Spiritus) fiduciam reponi uelit, sed utitur ueluti quibusdam uisibilibus signis & stimulis religionis, non contemnendis: Nam & Augustinus ait, libr. 3. de doctrina Christiana, qui ueneratur utile*

Hiere. 6.

Cæremoniæ.

*signum diuinitus institutum, cuius uim significationemq; intelligit, non hoc ueneratur quod uidetur & transit, sed illud potiùs, quo talia referenda sunt.* Proinde iniuriam & Deo & *hominibus faciunt, qui cæremonias ex religione auferunt:* Deo, *quia cultum illi debitum detrahunt.* Hominibus, *quia præcipua eos parte fructus fraternæ charitatis frustrantur, &c.* *Multas & uarias ueteris ecclesiæ cæremonias, uide descriptas apud* Epiphan. *in fine librorum contra* Hære.*pag.*243. *Non enim omnia à diuina scriptura accipi possunt:* Eapropter *aliqua in scripturis, aliqua in traditione* Sancti *Apostoli tradiderunt, quemadmodum dicit Apostolus, sicut tradidi uobis, &c.*

Cõtra negantes cæremonias — Tolle itaque Cæremonias (*quas adiutrices & pedissequas religionis Christianæ dicimus*) *ab ecclesia, & apud maximam Christianorum partem,* Dei *cultum statim extingues.* Fac ne quisquàm *leuet manus, néue genua flectat,* (*de flectendo genua, uide dec. concil.* Nicen. *cano.* 20. *Hieronymum ad Lucinium.* Eũdem Hier. *aduersus* Luciferianos. Augusti. *contra* Donatistas, *libr.*4.*cap.*24. *&c.*) *aut ne tundat, aut oret non uelato capite: aut non in pedes erectus stet dum legitur* Euangelion, *aut id genus reli-*

Flectere genua.

Autrix cõsuetudo

qua

*qua prætermittat, uidebis infra paucos dies, eam (quam uocamus deuotionem) Euanescere penitus. Nam ea quæ adhuc uiget in paucorum Christianorum pectoribus, quanquàm sit pertenis illius cultus scintillula, cæremonijs tamen quasi enutritur. Et nisi ad has cogerentur Christiani (uide Roffensem, & Pighium lib. 1. cap. 6. Qui uerba Phischeri citat) propediem aut quàm frigidissimus cultus Dei futurus esset. Si ergo uerum est, quod censuit uetustissimus Poëta, nempè moribus antiquis rem Romanam stare. Si laudatur sententia Lyrici, eum esse uirum bonum, qui consulta patrum, qui leges iuraq; seruet, quæ, rogo, insania est, nos antiquitatem, & ueteres prothomystas martyres nihil facere, quum literis sacris etiam liqueat, antiquas semitas præ nouis disquirendas esse? Bonum itaq; opus est, & pertinet ad amicitiam crucis Christi, ecclesiæ seruare disciplinas, siue sint ieiunia, siue uigiliæ, siue orationes, siue stationes, & hoc genus alia, &cæ. Verùm hæc quandò non sunt nostri instituti abrumpam filum, illa enim memini crassiori stilo in Tyrocinio præcipitato quidem opusculo, tradidisse. De cæremonijs scripsit nostra tempestate 6. libros D. Conradus Bruno iurisconsultorum cõ*

confirmatrix, & fidei obseruatrix. Tertullia. de coron. militis.

X 3 *sul-*

*sultißimus*, R.D. *Cardinalis Augustani princi-pis laudatißimi Cancellarius.*

## Balatronum alterum garrulum obiectum.

AT *screat uulpinus* Hiebusæus *philarchus, Bellulis suis argumentis nihil nõ in ecclesia cachinno excipiens, seruos* Dei *impetens iniuriose. Certe in uestra* Ro. Ecclesia, *Papistæ, nusquam apparẽt pij ministri, idolo* Laban *multi uestri ordinis miris modis seruitium prestant, in irretiendis pecunijs solertes se manifestantes, ditati auaritia, inflati superbia, implicati mũdanis, fastu pleni, immodice sibi placentes, & prorsus talpæ.* Sileo, *inquit uitilitigator, Christicidas* Romanos *Põtifices quosdã titulares, uah belle faciũt cum sese pascunt, ouiũ curam Christo mandant.* Qui *ita adherent sedibus ut spongias esse credere poßis, suis annexas rupibus:* Qui, *blaterat, cũ uolunt inspectores dici, habent rationem & respectum, ut equestres copias contrahãt, in quas copiosißimas auri & argenti mineras impendunt: sybariticas mẽsas:* Ambitiosum *strepitũ: sumptuosas ædeis: frequens satellitiũ:* Bombicinas *uestes, &c.* Taceo *simoniacã heresim quæ omnibus uobis,*

bis, Papiſtæ, (ſic enim probroſè ſoliti ſunt eos appellare qui S. Romanæ eccleſiæ conſtanter parent, & maiorum ueſtigia nondũ tam leuiter deſeruerunt) peculiaris quaſi eſt, ita ut Simonem gratiæ Dei nundinatorẽ innocuũ credere poßis, &c. Qui pluſquàm Sardanapalicis delitijs immerſi: Quis obſecrò Caucaſus, quæ India, quæ Hircania, tam immanes, tã ſanguinarias beſtias, unquàm aluit? ut interim omittã, luxum, crapulã, faſtum? Nec aram quiſq; ſuperſtitioſulus ſuam ſequitur: ſubuerſa ſunt pietatis dogmata. Simon anno ſalu. 53.

Verſa in ſegnitiem fides & omnis.
In quæſtum pietas, ſimul ſecuta.
Miris illecebris placens uoluptas.
Nunquàm delitiæ ſupiniores.
Nunquàm auaritiæ altior charibdis.
Quando ita ambitio negotiata eſt.
Quando nequius inquinatiusúe
Peccatum? patet Iliâs malorum, &c.

Breuiter.

Omnia Sardanapalineis ſunt obruta curis.
Omnia luxuriæ fœdat amarities.
Tempora ſunt, magni quæ prædixere prophetæ
Et quæ non uani concinuere uiri.

*Discessit uirgo, desunt saturnia regna.*
*Venerunt duro ferrea secla pede.*
*Aetate hac prorsum cecidit sanctissima uirtus.*
*Regnat ubiq; malum, regnat ubiq; scelus.*
*Quando adeo morum probitas iacuit, pietasq;?*
*Quando adeo fidei, institiaeq; decus?*
*Non est tuta fides hominum generiq; leonũ. &c.*

*Turbati sunt pietatis ritus, primae sedis dignitas prostituitur ita, ut, qui maledicendo est seuerior, ad* Episcopatum *populi acquirendum sit prior ac potior.* Euanuit *honestas sacerdotalis, desierunt, qui gregẽ domini pascunt cum sciẽtia.* Elanguit Canonum *exacta diligentia, multa est in uobis peccati licentia.* Nusquàm *plus tributũ caeremonijs:* Nunquàm *exundauit iniquitas papistica licentius: refrixit omnis charitas, subtrahite igitur uos ab ipsis, ad nos conuertimini.* Hodie *splendescit* Euangelion *purum:* Nũc *laeta* Libertas: Nos *illi Apostoli Euãgelici de quibus dominus ait.* A *fructibus eorum cognoscetis eos, etc.* Prorũpunt *ergo, inijce inijce lapides crebros, proijce glebas, adijce testas, pcute fustibus calũniatores* Papistas, *siquidem cõmunes sunt hostes, nec quispiam è nobis,* Angelicis *scilicet, existit quem non iniuria affecerint.*

RE-

REſpondet Catholicus.
Pſalm. 50.

Adonai Sephathai tiphtah, uphi, iaghid tehilathecha.

STa Balach, σπεῦδε βραδέως: Troianos exue cestus: ponat ſupercilium canalicula triobolaris: μὴ πρὸ τῆς νίκης ἐγκώμιον. Multa ſane & magna ſunt que coaxarunt Ranæ bipedes. Nam & fucum ueritatis habent & multos decipere poſſunt, qui ſacræ ſcripturæ ſonum audientes, ſenſum negligunt, cuius myſteria non uerbo docentur ſed ſpiritu reuelantur, idcirco inquit magnus ille uates David. Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Nemo ſcripturam niſi ſpiritu ſancto docente cognoſcit: hinc Paulus, qui in confeßione fidei perſtitit durus ſilex, ex Saulo hominum piſcator factus, & qui inter chriſticolas dei filium Iheſum intrepidus confeſſus eſt, inquit. Miniſtros fecit nos deus noui teſtamenti non litera ſed ſpiritu, litera enim mortificat, Spiritus autem uiuificat: eſt ergo neceſſarium ſi uolumus Euangelion intelligere, ut ſpiritu ambulemus. Verùm ego quia homo peccator ſum,

Id eſt, ne ante uictoriam encomion.

Pſal. 118.

Paulus.

Galat. 5.

Galat.5. *& iniquitate circundatus, tam altiloquus & præsumptuosus non sum, quòd uelim ingenio stilo'ue aut eruditione illis, doctioribus me, par uideri, noui ènim quàm curta mihi domi sit supellex, sed quòd nostratibus quoquo modo ostẽdam quàm impiè sentiant illi, quamq; pueriliter sepe hallucinentur, non tamen mihi eripient quocunq; uerborum lenocinio allegationumq; fuco ueritatem S.* Romanæ *ecclesiæ: spero enim ardenter semper mihi adfuturum bonum illum genium, angelum domini, à quo hactenus fideliter seruatus sum:* Etiamsi, *inquàm, omnes gentes,* 1. *Mach.* 2. *quæ ad regiam domum* Antiochi *pertinent eis obedierint, ut quiq; desciscant à patria religione sua, & acquiescant mandatis illius, ego tamen, & filij fratres mei, in fœdere patrum perstabimus: propitius sit nobis deus ne legem & ritus prodamus: &c.* Euge *igitur frater, trabem in oculo tuo considera atq; exime prius, cura prius teipsum medice, & postmodum iuxtà modum fidei, argue & corrige erranteis:* Nam *qui seipsum non considerat, inquit* Theophylactus, *& solum attendit res proximi, illasq; taxare uult, certũ est quòd superbia capitur, & obliuiscitur sui.* Omnino

Vide Hie. ad oceanũ & Pāmachium.

enim

*enim de se quòd non peccet, sentit, & propterea alios peccantes reprehendit, &c. hæc ille. uide astutiam, lector, sub prætextu castigationis aliorum, suam nequitiam callidè tegunt.* Vnde Augusti. hom. 5. *Corrige ergo te, inquit, & tunc poteris fratrē corripere.* Leuiora *obijcis, & grauiora committis.* Festucam *uides, &c.* Hoc *autem dixit dominus propter homines qui cum odio corripiunt.* Irascentem *corripis, & odio contabescis, hæc ille. ad institutum.* FATEMVR *quidem abusus & irregularitatem, proh dolor, irrepsisse in agrum dominicum & omnes pij, quibus plusculum sani est, conqueruntur, & ut uno uerbo dicam* Cum Propheta. *A planta pedis usq; ad uerticem capitis nulla sanitas: omnes indigemus decisione, omnes declinauimus.* Verùm *sustulit'ne* Hercules *ille* Alexicacos, *(qui solus mortem alijs inuictam, sua morte deuicit, ac Sathanæ tyrannidem cœlesti uirtute demolitus est.) Apostolatum quando* Iudas *ille Cacurgus limites excessit? censuit'ne dominus deus,* Verus Euergeta, *&* οἰκόνομος, *extirpandum esse agrum, triticum, propter lolium?* Non *ergo propter abusum tollitur institutio & usus:* Quemad. *Christus,* Esaiæ 1.

rerum omnium eximius innouator ex tritico, inquàm, per ipsos messóres, lolium (id est. dogma peruersum) extirpandum censuit, sed ita ut in eradicando lolio, triticum (id est, pure & sanæ doctrinæ homines) nõ una eradicaretur, Sic abusum esse sine tumultu & strepitu tollendum omnes Pij exoptant: & quod nostri aduersarij de superstitione & hypocrisi dicunt, contra nos non proponunt. Nam & nos omnes Giezitas, omnes tyrãnicas exactiones, omnem philotimian, hypocrisim, superstitionem: Breuiter, omnes abusus & cacoethes, angue & cane peius odimus: nemo tam hebes est, qui ignoret puram & simplicem esse debere religionem & pietatem cum charitate coniunctam. Solent quidem in uineto uuæ degenerare in labruscas Solet inquã aliquãdo tota penè facies ecclesiæ in nimiã uitiorũ lernam eluxuriare, sed hæc omnia flagitant canonicæ censuræ falcem, aliâs certè uereor ecclesiasticam disciplinam que multis partibus hactenus deformata, pristinæ dignitati & nitori minime posse restitui, quòd ingenuè fatetur et uerecũde agnoscunt mecum omnes Christifideles pij, Nequaquam igitur uitium sacerdotis, dignitati & efficatiæ præiudicat mysteriorum, Vnde: Etsi sacerdos, ut repetam, etiam ualde

Vide Aug. de fide, & operibus cap. 5. & eundem Tractatu 6. in Euan. Ioan. &c.

*ualdè fuerit detractabilis in nullo tamen ledens est ea quæ commissa sunt à deo, inquit Chrysostomus. Idcirco medendum uitijs, etsi quid corruptum, si quid collapsum. si declinauit alicubi amussis per congruentia media decidatur, &c. Scabies pessima lixinium asperum requirit: perq; legittimam authoritatem restaurantur cuncta, citra tumultum tollantur, nec prorsus omnia radicitus stirpitusq; euellantur per tyrānidem, ut alicubi est attentatum: sed sublatis abusibus, res ipsa atq; status sit integer, sit incorruptus. Alioqui certe certe, nisi nos ipsos iudicemus, 1. Corin. 11. à domino iudicabimur: Necesse enim est ut iudicium incipiat à domo dei, quòd certè hodie uidemus, dum enim nunc eijciūtur sacerdotes, conculcantur ab hominibus, quid aliud hoc indicat, quam diuinum de nobis iudicium? Quod prædixit Christus ἀνὴρ ἀνατολὴ, dicēs. Sacerdotes mei sunt sal terræ, Matth. 5. (sal præcipuus corruptionis expulsor est) quòd si sal euanuerit, ad nihil ualet ultra, sed eijcitur forās, & conculcatur ab hominibus: (templum dei sanctum est, quod estis uos, inquit Augustin. Ser. 198. de tempo) Hæc uerò omnia nos nunc patimur, quòd si propter iustitiam nos cribrari permittit deus, ut nostros maiores, beati nos*

Vnde expectādus ecclesiæ decor, reformatio & unitas.

Nota.

Id est, uir oriens, zacha. 3. 6. &c.

Sacerdotes sal terræ. Templū dei.

*quidem, at nunc iuste quidem, quia, ô dedecus, sal euanuit, & nostra ingratitudine offensus est deus:* Breuiter. Geon harab, *hoc est, magnus fastus, omniũ malorũ unica est causa:* (Sacer*dotes legis transgressores increpat dominus,* Malach. 2. &c.) *minime autem proter iustitiam patimur, in omnibus enim nostris afflictionibus uidemus iudicium dei, atq; utinam quidem illud uideremus oculis internis, sic enim flagella effugarentur remouenturq;:* Si enim Sodomi*tas, inquit* Saluianus lib. 4. *minus dicit esse dãnabiles, quàm cunctos* Euangelia *negligentes, certißima ergo ratio est, qua et nos qui in plurimis* Euangelia *negligemus, pœnas aliquando timere debeamus: præsertim cum usitatis iam & quasi facilioribus malis esse contenti uolumus, hæc Saluianus.* Ad *institutum.* Il*lud cauendum est, ne morbo sint atrociora remedia: Si quid irrepsit hominum uitio, fiat idem, quod à probis medicis fieri solet, uitia rerum tollantur, non res ipsæ: offensus est deus ocio, luxu, auaritia, superbia, libidine sacrificulorum; pro delitijs studium sacrarum literarum, pro luxu sobrietatem, pro libidine castimoniam induant, pro superbia pænitentiam: scriptum enim,* Redde

Expurgãdum uetus fermentũ non abijciendum.

Luc. 16.

REdde RAtionem Villicationis tuæ: REdde quod debes. Quòd si altera pars nihil omnino nouari patitur, quò ad abusus. Altera nihil patitur relinqui, quis erit contentionis finis? Si ecclesiæ Præsules prothomistæ, si principes prophani sepositis mundanis affectibus (inquit Erasmus ad Neocomum) nihil sibi proponerent nisi domini gloriam, et ecclesiæ Spirituale commodum, malum absq; magno tumultu facile sedari posset, hæc ille. Sed interim irascitur etiàm deus dissolutis pastoribus, quòd gregẽ domino charißimum quem ter amare, ter pascere debuerant, negligunt, deglubunt, coq; nobis immittit lupos hæresiotas. Et Iusta certè hoc peccatorum nostrorum retributio, qua nos misericors deus potiùs admonere quàm funditus delere uoluit, si quãdo resipiscẽtes à nostris cessaremus delictis, et utinã hucusq;, sed timendũ ne maiora restent. Nostratibus idcirco zelus summopere est desiderãdus. Christi, Io. 2. Phinees, Nu. 25. Regis Iehu, 4. Reg. 10. Helæi, 3. Re. 19. Et à uobis Sacerdotibus requiritur ut eruditißimi sitis in lege, et quicquid in sacris literis continetur, pro uiribus edisfcatis, alioquin sec⁹ faciẽtes sacerdotio indigni. Ose. 4. inqt domin⁹ Quia tu sciẽtiã repulisti, repellã te ne sacerdotio fũgaris Matth. 25.

& alio

Disciplinæ ecclesiasticę quā sit nunc dissolutus rigor. Sopho. 3.

*& alio in loco dominus. Væ pastoribus Israëlis qui pauerunt seipsos, an non gregem debent pascere pastores? pingue comeditis, lana induimini, quod crassum est mactatis, gregem nō pascitis: debile non confortastis, ægrotum non sanastis, confractum non obligastis, propulsum nō reduxistis, & perditum non quæsiuistis, quin in duritia & sæuitia dominati estis eis, & errauerunt absq; pastore, fueruntq; cibus omni bestiæ agri, & palantes:* Errauit grex meus in omnibus montibus, atq; in omni colle excelso, & in omni superfitie terræ dispersus est grex meus, nec est qui quærat aut requirat. *Eadem inculcat dominus. Hesai.56. Ezech. 13. Micheæ. 3. Hiere. 23. &c.* Huius etiam meminit Cyprian. *Epist. 13. lib. 2.* Quæ est enim maior, inquit, aut melior cura præpositorum, quàm diligenti solicitudine & medela salubri fouendis & conseruandis ouibus prouidere, cū dominus loquatur & dicat Ezech. 34. Quod infirmum non consolidastis? VIGilate ergo PASTores: pacificum Haleluia Apostolica tuba ebuccinate: sitis μεγάλοπιςοι: Theophori: Christophori: pneumatophori. Hebræi, id est, docti. Hedræi, id est, Cōstantes: Semper sit in ore illud octostichon.

Hoc est, magnæ fidei.

Impro-

*Improbus æris amor procul est à numine nostro*
*Non tangit diuos improbus æris amor*
*Nolo magistratus, & nolo regia sceptra,*
*Nolo diuitias Crœse superbe tuas.*
*Applausum uulgi nolo, noloq; fauorem*
*Nolo me plebes inscia suspiciat*
*Quicquid et in mũdo magnũ, præstãsq; uidetur*
*Pro nihilo ducunt numina nostra quidẽ etc.*

Digressio.

*Deus bone mellitum illud uenenum (auri sacra fames) in quas curas, quas solicitudines, quas turbas, quæ dispẽdia, quæ dedecora, in quã mentis conscientiæ carnificinam, in quam infelicem exitum, miseros auaros adducit? (de caducis facultatibus, & deuitanda auaritia, Psal. 75. Hiere. 6. Esa. 55. Lu. 12. Psal. 61. Eccl. 8. etc.) et ut* Auidij Cassij *uerba ex eius epistola repetã. Quoniam, inquit, si hoc malum priuato homine indignũ est, certe in mystis nefarium atq; mulctandum. Salusti, BElua inanis intoleranda est auaritia (teste Apostolo, crassa est idololatria) quo intendit: oppida, agros, phana atq; domos uastat, diuina cum humanis permiscet, neq; exercitus, neq; mœnia obstant, quo minus ui sua penetret, fama, pudicitia, liberis, patria atq; parentibus cunctos mortales spoliat, tanti*

Auaritia tetrabelua

Pecunia, quæ per se nihil est, digladiationes, & acerbas contentiones excitat.

 cri-

criminis sola est auaritia parens: ex quo illa nobilis ac uehemens execratio, si essent Inferi auaritiæ cuniculi eos refodissent, quod ob eam rationem Crinitus obseruauit, ut facilius consideraretur, quantum ætate nostra in eorum dignitate ac imperio sperandum sit, qui ad aurum & diuitias congerendas animum semper intendunt, cum sit hoc uitium præter cætera omnia uitiosissimum. Ex opum, & potentiæ, & claritatis cupidinibus nascuntur lites, rixæ, iurgia, pugnæ, cædes, odia. Ex illarum uerò neglectione quies, & pax, & amicitia, &c. Aquila auium rapacissima, non oppetit morbo, neq; senio, sed fame. Ita auarus quo magis accedit ætas, hoc magis cruciatur habendi studio, & minus potest uti partis. Quid enim faciunt 100. millia ducatorum, ubi duo aut tres sufficiunt? Quòd si pestis illa quæ cæca facit pectora, Auaritia, finis hominum, quid eò miserabilius? His uerò quid turbulentius, atrocius, sæuius? Qui febribus laborant è diuersis diuersa capiunt, hoc est è calidis frigescunt, è frigidis calescunt. Sic & auaritia molestiam adfert stultis, gaudium sapienti. Breuiter: diuitiæ sunt Adonidis horti: et dignitatum mundanarum contemptus

Cuius sunt uniuersa, caruit hic diuitijs. Arrigite aures Giezite simoniaci.

*temptus, est hominis ueri Christiani. Qui auro seruit, tabernam præfert templo, emporium sacrario. Mundus est illi regnum dei. Auaritia, beatitudo. Et Indicæ formicæ instar, absconditum thesaurum seruat auarus, ex homine fit plane pecus & fera. Philargyriæ finis, auernus, ibi auarus iuxta atq; prodigus auri, guttulam aquæ frigidæ, non inueniet in refrigerium. Auarorum diuitiæ, inquit Socrates, ut sol post occasum, neminem mortalium oblectant. Auaritia procreat proditionem, Fraudem: Fallaciam: periurium: Inquietudinem: Violentiam: obdurationem contra misericordiam, &c. Et sicut spinæ non sinunt semen emicare, inquit D. Chrysosto. super 33. cap. Genes. hom. 59. Ita & diuitiæ seu temporales curæ spirituale semen quod in anima seminatur, non sinunt fructum afferre: Sed adeunt & suffocant sicut spinæ profectum eius retardantes. Amor pecuniæ omnes uirtutes humi deijcit & pedibus conculcat: sæuit ut barbarus: fertur crudeliter ut tyrannus: debachatur impudenter ut meretrix: nusquam miseretur: nusquam pudet: adest ubiq; dura, ubique terribilis: dira: inclemens, impia, truculenta, & cum lupis & ursis ac*

Auaritiæ finis.

διὰ μὲ πάντα γίνονται: loquitur alio in loco Auaritia.

leonibus ferocius sæuit, suauis tamē hominibus, si modo dicendi homines sunt, uidetur & amabilis. Cūq; his qui eam desiderant & exoptant gladios acuat quotidie, foueas & præcipitia paret: scopulisq; eos mille & mille naufragijs illidat: Expetitur tamē ab eis & desideratur & quæritur ac per mortes suas innumeras lætantur, se aliquādo ad eius saltem ianuam peruenisse, &c. Nam qui fluxis rebus, quales sunt honores, deliciæ, opes etc. nituntur: uelut fretū cōtinuis agitantur procellis, & nusquam quieti sunt. Recte itaq; mari cōparantur, iuxta illud Esai. 57. Impij autē quasi mare feruens, & redundāt fluctus in conculcationem & lutū. Nec hoc reticendum interim, diuitias quidem in domum admittēdas esse, at nō in animū, &c. De Auari calamitate, Luc. 16. 1. Cor. 6. Auaritia prohibetur, Lu. 12. Eph. 5. Col. 3. heb. 13. Punitur, Mat. 27. 1. Co. 6. Auaritia infamat, Eph. 4. 2. Pet. 2. Supplātat proximū, Mat. 26. Iac. 4. &c. Sed iā dudū tempus est, ut ad id quod institueram nostra recurrat oratio, Hæc enim quandò huc nō spectāt (necessaria tamen) non immorabor amplius.

Dicite ergo Pastores cū Prudentio, ô tortuose serpens, qui mille per mæandros fraudesq; flexuosas agitas quieta corda, discede, etc. Reuocate

cate in memoriam illud Roberti Gaguini tetrastichon.

Congeries nos fallit opũ, nos fallit et ætas,
Nec fida est ullis quæsita potentia regnis.
Deserit elatos sublimis gloria reges.
Calcat & excelsum mors protinus atra tribunal, &c.

Et cum Luscinio.

Conscendi terram nudus subiturus eandem
Nudus, quid molior ? mors quoq; nuda uenit &c.

Ecclesia ergo, ut tandem uela contraham, regnum Christi & ueritatis penitus in rebus fidei errare non potest, potest quidem in morum synceritate deflectentes perferre, sed quantum ad ueram religionem, ad uerũ cultum, ad professionem ipsam atq; regulam fidei siue articulos attinet, nunquàm fallitur: Simoniam Giezianam labem, ambitionem, scortationem, & hoc genus in clero perpetitur. Aulicã item tyrannidẽ & pompam, torneamenta, &c. deinde etiam uaria uitia plebis, diabolus fouet in ecclesia

Non personæ respiciende sed res ipsæ.

*militante, quæ ecclesia, licet ferat, nunquàm tamen aut dißimulauit, aut probauit, Falluntur igitur Impij, qui ecclesiam erroris alicuius fidei articulorum dißimulant: hallucinantur item scismatici, qui propter abusus*

Hæreseos & hypocrisios differentia.

*ab ipsa matrice ecclesia deficiunt. Nos quidem, fatemur, peccatores esse possumus, hæretici uerò minime: hæresis exotica dogmata eligit, Hyprocrysis uerò bona opera tantum simulat, &c. Neq; fugimus lucem, quemad. Lucifugi zythobibuli turpiter ganniunt, sed nolumus tenebras pro luce. Nec constituimus nouum tribunal, sed ad hoc prouocamus, quòd perpetuò in Ecclesia constitutum fuit. Nec tam præfracti sumus, ut iudicio nostra uelimus iudicio totius ecclesiæ præferre, &c. Neq; tamen interim, ut*

Prælati abusus non corrigẽtes prçuaricantur.

*alibi diximus, dormitantes, & tantorum malorum dißimulatores excusantur prælati, quorũ est hæreses, abusus, irregularitatem sedulo extirpare. Si enim tollerentur abusus, si extirparentur hæreses: non sic terra humano sanguine maderet, non arua cadaueribus tegerentur cæsorum, non uiduæ non pupilli orbitatem suam deplorarent, uere miserãdam, manerent omnia incontaminata: Gehenna uos comprehẽdet præsides ecclesiæ nisi hic uigilaueritis, &c. Sed qui*

ex

ex deo est et ueritate, uidet ecclesiam rosam inter tot spinas abusuum & hæresion, basin et firmamentum ueritatis.

Bona Temporalia Ecclesiæ unde.

RErum uerò terrenarum, inquit Ficinus, dominatio & administratio pontificibus accessoria est tanquàm accidens, non in quantum uicarij dei, sed in quantum Constantini cæsaris sunt hæredes, hactenus ille. Donationis Constantini mentionem facit D. Ambrosius, hic, ut est de obitu Theodosij Imperatoris, præsente Honorio asserit Constantino Baptismatis gratiã in ultimis diebus contigisse. Et quòd primus Imperatorum crediderit, post se hæreditatem fidei principibus derelinquens. A Constantino autem usq; ad Theodosij tempus Imperatores 5. fuerunt: à tempore uerò Constantini usq; ad id tẽpus quo Valla uixit ferè 70. interuenerunt, notiorem ergo existimo historiam S. Ambrosij, quàm Vallæ, &c. Quæ Pipinus ablata Longobardis superciliosis Ro. ecclesiæ (pontif. Stephan.) restituerit, demonstrat Pighius lib. 5. cap. 16. eccle. hier. Hæc auxit Carolus magnus adijciens Corsicam Insulam, & quicquid inter Lucam & Parmam interiacet. Donatio Constantini Imp.

*Accessit his Mechtildis comitissæ ditio, quæ moriens, ex testamento legauit S. Roma. Ecclesiæ, quicquid à Pisia amne, & S. Quirico agri Senenn: usq; ad Ceperanum inter Apenninum et mare interiacet.*

*De restitutione Alpium Cocciarum ecclesiæ per Aribertum facta, uide P. diaco. lib. 6. cap. 10. Quam donationem Luithprandus S. Romanæ Ecclesiæ confirmauit.*

*Iam et Beneuentanus tandē ducatus accessit.*

*Et postremo utraq; Sicilia, Nortmannorum fratrum, Tancredi filiorum uirtute uendicata à Saracenis & Græculis, ultrò accesserunt ad Ius S. Romanæ Ecclesiæ, sicut & hodie feudum à Carolo V. recognoscitur. Hac tempestate pōtificiæ ditionis est Picenus ager, Vmbria, (hodie ducatus Spoletanus) Flaminia, Aemilia, Latium, cum multo maxima Tusciæ parte.*

Picenus ager hodie uulgò Marchia Anconitana dicta.

*Hæc autem Hæreditas à maioribus relicta, in pios usus, & pauperum, (non gelasinorum Quos græce γελωτοποιοὺς, id est, fictos moriones uocamus) & iuxta necessitatis mensuram conuertenda: aliâs nullum adminiculum præstant diuitiæ ad uitam æternam, inquit D. Ambrosi. offici. libr. 2. capit. 4. et Idem. D. Ambrosius. Vasa sacra, ait in re-*

Pauperes alere habet ecclesia.

*in redemptionem captiuorum poßident ecclesiam.* Et *Cyrillus nihil thesaurorum ecclesiæ reseruauit, sed pauperibus distribuit omneis:* Pau*linus cum omnia pauperibus erogasset, seipsum deniq; uendidit, ut uiduæ cuiusdam paupercule filium captiuum, à barbaris hostibus redimeret, matriq; suæ baculum senectutis redderet.* Sed *quibus dandum sit audi* D. Hieronymũ *cum seruatore docentem & dicentem.* Vade, *uende omnia tua, & da pauperibus, pauper non utique, qui mendicitate & squalore coopertus est, & tamen non recedit à uitijs, sed qui bonus est: uerùm ad propositum.* Tales, *inquàm, extitere* Gregorius, Iudocus, S. *Sixtus, &c.* Et *omnis sanctorum pontificum albus:* Nota *super hac re præcepta Christi & Apostolorũ, noti sacri canones.* Fatentur *canones, bona ecclesiæ Dei prædia & allodia, quod patrimonium uocant* Petri, *esse bona pauperum:* Cicero *in officijs dicit, duplicis criminis teneri eum, qui ærario publico, aliquid subtraxerit, grauius ergo peccat, qui bona ea quæ pauperum reuera sunt, miseris & egenis subducit.* Iudas *Scarioth pauperes eleemosyna defraudauit.* Helluo *purpuratus ille, cuticulam egregiè, neglecto* Lazaro, *curauit: at uterq; Christi misericordia priuatus.* Nec *enim* Patrimoniũ Petri.

*ordinauit Deus, inquit* D. Bernhardus, *his qui Euangelio seruiunt, de Euãgelio quærere aut habere delitias, aut ornatum sed uiuere, ait* Paulus 1. Corin. 9. *ex eo: ut uidelicet sint contenti alimenta corporis, non irritamenta gulæ, aut incentiua libidinis & quibus tegantur, non quibus ornentur, accipere. Diuitiæ autem si non magni æstimantur, nihil repugnant Christi doctrinæ aut summæ in eadem perfectioni. Summa: Concilium* ROMANVM *sub Syluestro habitũ, canone 4. his uerbis cõcludit. Commoneo autẽ uobis omnibus mihi consortibus monimẽtum hoc, ut de redditibus ecclesiæ quatuor partes fiant. Quarum una, cedat pontifici ad sui sustentationem: &c. Episcopus enim ob iura hospitalitatis temporalia possidet, 1. Tim. 3. Sed hospitalitatem hic non intellige cõmessationes & cõuiuia, Christus enim non gastrimargiam, uerùm philoxeniã requirit.*

Nota. Bernhar. de uerbis domini declamatio.

Facultates ecclesię ut distribuẽdæ.

1.

2. ALTERA PRESBYTERIS & DIACONIS, & OMNI CLERO, &c. *æquũ est enim boui trituranti pabulum præbeatur, ob necessitatem scilicet rerum ingruentium, et incumbentiũ onerũ: de decimis fructuum locis sacris præstandis uide dec. concil. Matisconẽ. 2. canon. 5. &c. Nõ abs re autem seruator noster de decimis sanctiones approbauit, uoluit enim, ut qui Euãgelion annũciarent,*

1. Cori. 6.

*tiarent, ex euangelio uiuerent: sed ut Christus decimas non repudiauit, (specialiter enim usibus sacerdotum deputauit, Malach. 3.) sic nec ex decimis opes priuatim cõgeri uoluit, auaritia enim, ait Apostolus, idolorũ seruitus est:* De decimis dã*dis, extat decretum* Rothomageñ. *concilij. Item decretum Moguntini concilij. Definitio* Lateraneñ. *concilij uniuersal. sub* Innocentio, *&c.*

Qualiter distribuẽdę oblationes fideliũ uide dec. cõcil. Bracarensis, can. 39.

TERTIA, *Templorum & ecclesiarum reparationi.* 3.

QVARTA, *Pauperibus, infirmis & peregrinis, &c.* 4.

*Valeant igitur tam impudentes Momi, Nycticoraces lucifugæ, infelices uerpi, Veneris sandalium calumniantes: ualeant inquàm scripturarũ deprauatores & raptores, qui S. Ro. ecclesiam, MAtrem, dente plùs quàm theonino, rodũt, exibilant, tollere non possunt: seditiose clamitantes, sacrificos omnes quotquot sunt in uinea zebaoth, (quos uulgò presbyteros uocamus) cum pabulo, radicitus extirpandos esse, &c.*

## MVNVS Pastorale & *didascaliæ.*

QVi ergo uult ingredi uitam æternam, sit inprimis phileremus, philoponus, Hydropota:

Euangelicus quis.

pota: paupertate gaudeat, diuitias contemnat, nō poßideat copiose aurum, neq; argentū, neq; pecuniam in zonis suis, Matth. 10. In cauendo sit prudens, in erudiendo doctus, in concupiscendo modicus: in obsequendo ei cui se dedicauit aßiduus. Talis fidelis seruus & prudens quem dominus uerus γεώργος cōstituit in uineam Zebaoth: Non negat coram mundo Deum omnipotentem. Non caret religione. Non diffidit uerbis IHESV. Non terrestria cōmoda quærit. Terrea floccipendit, opum enim sarcinam lubēs abijcit, quisquis ad Christum properat, in Christo poßidet omnia. Non præfert Euanida cœlo. Non simulat uirtutis amorem. Vnitatem non rumpit. Noua paradoxa non profert. Non uerberat immeritum fratrem. Non scribit libros factiosos. Non fundit inanes sermones. Spurca non refert. Non disrumpit uincula pacis. Non diuendit sacra mysteria. Seditiones non amat. Non suscitat arma Mauortia. Non tristia bella seu bellicum taratantara excitat. Non subsannat prætereuntem. Sacrum baptisma receptat. Non sacra fluenta iterat. Non iurat per numen inique. Non circumuenit fratrem. Non exercet usuram auaram. Non sordida lucra uenatur. Non congerit ruiturum aurum & peculiolas in terris.

Non

Non seruat quæ male sunt parta, sed reiectis mũdi fucis, in IESVM, summum bonum, omnem amorem, curam, studiumq; transfert, totus ab illo pendet, ueræ enim tranquillitatis, seu ut Græcè dicam, εὐθυμίας fons est. bene conueni- re cum Deo, &c. Non partas diuitias fœnore retinet. Non certat coram Iudice. Non uane mentitur, Qui enim mendax idem & furax. Non est inuidus atque rebellis. Non perniciosa docet. Non extruit sibi pulchras edeis. Non noctes diesq; ludit. Non nocte dieq; bibit. Non dijudicat fratrem, atque summi iudicis officium sumit. Christolatriam docet. Idololatriam dedocet. Non turpia furta facit. Non ueneris minister est, nec fœtida scorta colit. Non turpiter ingreditur. Non contemnit Biblia sacra & ecclesiastica dogmata. Non adornat conuiuia tantum Cræsis, sed subuenit esurienti, quem rabiosa fames cruciat. Non uenatur uulgi applausum. Non mundanos quærit honores seu fasces: Sitienti non subtrahit. Ad omnes hospites largus est. Vestit nudos horridulos. Visitat omnes infirmos, & quos tenet carcer horrificus. Baptistæ uestigijs insistit: à Deo exit: Est uox clamantis in deserto. Vocat ad μετάνοιαν. Catechisticῶs instituit. Mauult

Animi trã quillitas.

Mona-

Monasticōs degere abiecta, quàm aulicōs uiuere splendide. Rebellantem carnem, & subinde repullulantem ætatis lasciuiam cohercet. Exornator, rector, illustrator est. Ad ulciscendum lentißimus. Ad ignoscendum promptißimus. Fide celebrat pasah & sanguinis effusionem. Non admiscit syncera uitiosis, uera falsis. Non detorquet subdola interpretatione ad suas cupiditates pestiferas cœlestem doctrinam: sed fidelis est in domo Dei sicut Mosche, uigil sicut Aharon, Zelosus sicut Helias, prædicator disertus, sicut Esaias: sapiens sicut Daniel: sollicitus pastor sicut Petrus: Doctor sicut Paulus: Sanctus, sicut Syluester. Non est κακοποιός, id est, malefactor. Nō φιλότιμος, id est, ambitiosus. Non commodum suum quærit, sed alterius. Non gratiam suam quærit, non suā laudem &c. Quis est hic & laudabimus eum fecit enim mirabilia in uita sua, Psal. 14.

Crucem Christi tollere, est in hoc mūdo nihil uel amare uel cōcupiscere, &c.

Amb. offi. 3. cap. 1. Pauci hodie angelici in omnibus ordinibus.

## PARACLESIS

Agite igitur optimi commanipulones, cōmilitonesq́; et qui ossa ecclesiæ estis, organa Spiritus sancti. Sponsum CHRIstum Iesum huiusq́; unicam columbam ecclesiam, amate & diligite, nihil melius esse potest, imò extra quam

*quam nihil sumus, extra quam quisquis sapit desipit. Huic uni inhæreamus, hac una fruamur ecclesia, in qua uera pax est, gaudium, trãquillitas, uita: &c. per hunc sponsum Christum crescamus in hac sancta matre donec occurramus in uirum perfectum, & gnauiter obita militia, perpetuum in illa ecclesia triumphante triumphum agamus in cœlis, confidamus in eo cum charitate & spe salutis, futuræ gloriæ, ipse enim omnia perfi-ciet: ipse* Kanna *siue zelotypus est, hoc est, uehementer nostri amator: Decet igitur & nos esse* Exod.20.
Am Kanna tobim debarim, *hoc est, æmulatricem gentem bonorũ operũ. Nemo uos seducat ad mortẽ, promißionẽ uitæ æternæ desiderate. Quid potest fucata illa meretrix, Mundus, promittere? Quicquid libet ꝑmittat, fortaßis in crastino morituro promittit. Sed quid minatur mihi, inqt Augustinus, potens homo, ut aliqd mali faciam? carceres, catenas, ignes, tormenta, bestias, nunquid ignem æternum? Exhorresce quòd minatur omnipotẽs, ama quòd pollicetur omnipotens & uilescit omnis mundus ( ubi fellita, putida, tetra sunt omnia) siue promittens, siue terrens, &cæ. sapit qui mundo desipit, & nihil nisi Christum sapit. Deponite malitiam, dolum adulationem, & inuidiam detractionem hanc inno-*

Viæ dux Græcis ἡγητῆρα.

innocentiam sic tenere debetis, ut eam crescendo non amittatis. Quid est malitia, inquit D. Augu- sti. lib. 50. hom. 20. nisi nocendi amor? Quid est dolus, nisi aliud agere, & aliud simulare? Quid est adulatio, nisi fallaci laude seductio? Quid est inuidia, nisi odium fœlicitatis alienæ? Quid est detractio, nisi mordacior quàm ueracior re- præhensio? Malitia malo delectatur alieno, inui- dẽtia bono alieno cruciatur. Dolus duplicat cor, adulatio duplicat linguã, detractio uulnerat fa- mam, &c. Nemo hic fulgere quærat, nemo sibi arroget, nemo se iactet. Nolebat se CHRISTVS cognosci nolebat prædicari in euangelio nomen suum cum in terris uersaretur, uenit ut lateret seculum hoc. Ergo & nos simili modo abscon- damus uitam nostram Christi exemplo, fugia- mus iactantiam, prædicari non expetamus. Me- lius est hic esse in humilitate, ibi in gloria, &c.

Amb. off. lib. 3. ca. 5.

Cogita obsecro dilecte, inquit D. Chrysosto. in Gene. hom. 27. quantæ sit uirtutis magnitudo, & disce uel ex præmijs, quæ propter illam uel uniuersis dominus promisit. Qui ab hominibus quærit, habet, inquit idẽ Ambrosi. mercedem su- am: Qui autem à Deo, habet uitam æternam; quam præstare non potest, nisi author æterni- tatis, &c. Hæc igitur omnia diligenter seruate

Lib. 1. off. cap. 1.

memo-

memoria, confratres charißimi, ut eos qui simpliciter ac temerè scripturis, ac cum pernicie proximi utuntur, omni cum sapientia, ut Chrysostomus ait, corrigere poßitis. Fiducia uestra, Hebre. 10. magnam habebit præmij retributionem: ueniet in breui qui uenturus est & non tardabit, Apocalypseos 21. Porro qui uicerit, (Mũdum: diabolũ, qui & mors dicitur quia est causa mortis, Hierony. &c. Carnem: Hæretistas) ero Deus ei, inquit dominus, & ille erit mihi filius, exaudiã eos, Deus Israël non derelinquam eos, aperiam in supremis collibus flumina, & in medio camporum fontes, ponã desertum in stagna aquarũ, & terram inuiam in riuos aquarum. Vos enim iam non hospites & aduenæ, sed ciues sanctorum, & domestici Dei, Ephes. 2. Habebitis thesaurum inuetustabilem, quẽ nec tineæ rodunt, nec liuor edax diruit: dabit Archipater omnipotens pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos, tollet dominus saxum Tantaleum, dabit gaudium & lætitiam & exultabunt de condonatis peccatis ossa per cõtritionem humiliata. Hiob 22. Ambr. ad uirgi lapsam ca. 5. Vigilate ergo, acto. 20. Videmus quo tempore, cum quibus, & quàm uarie luctemur: Vigilate, Vigilate, empti enim estis precio magno, &c.

## AD SPONSVM CHRISTVM Iesum, piorum qui Thau Ezechelica consignati sunt, Oratio intensa.

Iudith 7. *PEccauimus quidem, ô misericors* Deus, *iniuste egimus, iniquitatem fecimus:* TV (*qui pro nobis uagisti, sitisti, esuristi, alsisti, æstuasti, laborasti, delassatus es: eguisti, uigilasti, ieiunasti, &c.*) Quia *pius es miserere nostri, aut in tuo flagello uindica iniquitates nostras, & noli* Podeh, *redemptor tradere cõfitentes te populo, qui ignorat te*. Tu *domine ætate* Ezechiæ *regis* Iudeæ, *angelum tuum misisti, qui militũ* Zennacherib *interfecit ad* 85000. *milia:* Idẽ *nunc quoque* Dominator *cœlorum, archipastor bone & misericors, demitte angelum bonum, qui nos ad pauorem & terrorem istorum aduersariorum antecedat: ut qui sanctum populum tuum & ecclesiam tuam sanctam sponsam unicam, cum impia contumelia impetunt, potentia lacerti consternantur.* V*squequo domine qui es sanctus & uerax non iudicas ac uindicas sanguinẽ nostrũ?* Capper al hattothenu, *hoc*

Apocal. 6. *est, propitius esto peccatis nostris*, Psa. 78. Fac *cum seruis tuis secundum misericordiam tuam.* Ecce, *pp̃ter te mortificamur* Psal. 44. *tota die*

*esti-*

*æstimati sumus sicut oues occisionis, opprobrium uicinis nostris.* Exurge, *quare obdormis domine?* Exurge & *ne repellas in finem.* Deus *uirtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus.* Quare *faciem tuam auertis? obliuisceris inopiæ nostræ & tribulationis?* Quoniam *humiliata est in puluere anima nostra, conglutinatus est in terra uenter noster:* Exurge domine *adiuua nos ne pereamus, tua in* Naui *derelicti atque contempti: ure renes nostros, redime nos, propter nomen sanctum tuũ:* veal teuienu lide nisaion, aual hacilenu meraha, Ie amen. *id est, & ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo, Amen.*

Psal. 118.
Psal. 78.
Psal. 79.
Psal. 25.
Matth. 6.

## TRIPLEX ECCLESIAE *persecutio.*

VNA TYRANNORVM, *qui martyres occidũt:* De *qua persecutiõe* Christus *ait. Cum persecuti uos fuerint in una ciuitate fugite in aliam.* ALTERA HAERETISTARVM EST: *sunt qui ueræ fidei confessores impugnant.* De *hac persecutione phimostomos, & in æternũ* Benedictus *Christus, Mat. 7. Attẽdite,* Matth. 10

 inquit,

Retectio falsorū fratrū tractabitur in calce libri.

*inquit, à falsis prophetis, &c.* V*Ltima est fratrū falsorum Christi in hodiernum diem usq; existētium, hæc ultima omnium maior est: unde* D. *Gregorius.* V*ltima tribulatio, inquit, multis tribulationibus præuenitur.* De *hac* E*saias cap.* 19. *pugnabit uir contra fratrem suum, & uir contra amicum suū, ciuitas aduersus ciuitatem, regnum aduersus regnum, & dirumpetur spiritus* Aegypti, &c. Huius*modi autē correctiones seu catorthoses non immeritò comparantur* 4. *uentis &* 4. *bestijs: de quibus dicitur in* Daniele *cap.* 7. Zach. 2. & 6. *Mat.* 13. *etc.* V*idebam, inquit* Daniel, *in uisione mea nocte, & ecce* 4. *uenti cœli pugnabant in magno mari: &* 4. *bestiæ grandes ascendebant de mari diuersæ inter se, &c.* Anemocratores *autem & uentipotentes* H*æresiotæ uno nomine, nunquàm non luctantur, decertant uentis* Iudæi: *pugnant uentis* Turcæ: *decernunt pseudocatholici.*

Factiosi:
Hypocritæ: } *martyres insequuntur.*
Antichristus.

*Sed gratia* Dei *præsens est ecclesiæ* Antidotū: VER*bum* Dei, *aduersus hasce uiperas.*

Ty-

TYRANNIS IN ECCLESIA:
*& quid Tyranni prisci à Christianis potißimum exegerint.*

E*Cclesia uerò quàm miserabiliter tenta sit & concussa, exemplificant facinora sceleratorum:* Sic Herodes *Ascalonita infanticida, proprios suos filios* Alexandrum *&* Aristobulum *ferire iugulo, &* Pherorã *germanũ: &* Tyronem *unà cũ filio eius, orco demittere nõ est ueritus.* Quid *hic nõ perpetraret in præcursorẽ angelũ dñi,* Mal. 3. *& flosculos martyrij* (*Mar.* 6. *Luc.* 3. *Matth.* 12.) *bimulos* Bethlehemiticos? *Sicut autẽ uiperarum proles, cũ patiuntur, suas occidunt matres, exeso earũ uentre: ita sanè &* Iudæi *suos patres spirituales, puta prophetas occiderũt, inquit* Euthymius *super loc.* Mat. 3. *etc. Sic tyrannidẽ exercuerunt* Augustus. Nero. Biberius, Diocletianus, Maximianus, *&c. At omnes, qui clericos insectati sunt, horrendis pressuris, cũ supercilioso & cristato* Goliath *sunt miserrimè prostrati.* Satis, *inquàm cõpertum est ex annalibus ueterũ* q̃ Romani *olim* Imperatores *decretis publicis atq; edictis* S. Romanã *ecclesiã seu huius relligionem repellere atque extinguere conati sunt, sic ut nullum crudelitatis genus omissum*

Vide Aug. lib. 3. de symbolo ad catechumenos.

*fuerit, in quo pij alumni (grata soboles) ecclesiæ Dei uexati atq; disiecti non fuerint. Inter cæte-*

Maximini Imperia Māliana.

*ra* MAXIMINVS *Cæsar (archytyrannus iste & hæreditarius Christiani sanguinis hostis) non minore astu quàm seuitia usus est in persequendis lacerandisq; Christianis. Siquidem Iouis simulachrum (quod in urbe Antiochia celebre fuit.) Sic instrui curauit cōmentoq; callido aptari, ut in edendis oraculis quæ tum magno cultu habebantur de christianis responsum hoc promeretur, Ne homines Christo dicati degerent in urbibus, neque ullis etiam locis extra urbes, sed procul ut noxium genus atq; ueneficū & contagiosum fugarentur, quò factum est ut uagi palantesq; & reiecti ab omnibus fuerint, tametsi pro religionis merito atq; maiestate id accidebat ut quo plures seuiores tyranni & persecutores, eò maior & amplior religio haberetur. Nec enim quicquam principum sæuitiā atq; feritatem magis extimulat quàm firmitudo illa & inuicta atq; impenetrabilis cōstantia christianorum, quæ libidinem omnem atq; immanitatem lōgè exuperat, ueritas enim impiorum commenta non re-*

Piorū uox ad Tyrannos.

*formidat: sic ergo intonuit plenis buccis illis temporibus, uox Christianorum. O Romani præsides (dicebant tyrannis) allidite, atterite*

nos,

*nos, probatio est nostræ innocentiæ uestra iniquitas: ô mirandam* ἀνεξικακίαν. *O laudibilem* μακροθυμίαν, *&c. Sed quid illis Gymnasiarches Christus? Audi Hesaiam cap. 8.* Morao, *inquit dominus ad pios,* lo thireu, velo Thaaritzu. *Hoc est, timorem eius ne timueritis, & ne paueatis, &c.* Ne *metuamus ergo eos quibus hic datur corpora nostra occidere, cum animas nostras uiuificent quodammodò, oues sumus mactationis,* Roma. 8. *Parati ad gloriam Dei. Hic Acheron, illic cœlum. Huius meminit* D. *Ambrosius de uoca. gentium libr. 2. cap. 1. dicens. Cum sicut oues introieritis, in medium luporum, nolite de uestra infirmitate trepidare, sed de mea potestate confidite qui uos usque ad consummationem seculi in hoc opere non derelinquam, non adhoc ut nihil patiamini, sed quod multò maius est præstiturus ut nulla sæuientium crudelitate superemini hactenus.* D. *Ambrosius.* Etiàm *ethnici norunt interiori homini tyrannos nocere non posse.* Scitè *Anacharsis philosophus cum iã in tormentorũ summa afflictiõe esset, ad lictores & tortores truculẽtos dixit.* Agite *audacter, percutite, me siquidem nõ tangitis, q. d.* Externũ *solùm laniatis hominẽ, interiorẽ (Animam) ferire nõ potestis &c.* Quò *magis*

Tertul. in Apologe. cap. ult.

Id est, tolerãtiã malorum.

Id ẽ, lõganimitatẽ.

Matth. 10.

magis autem timeri uolunt tyranni, hoc magis fideles eos temnere debent, allatrare possunt non deuorare: Nerones animas nostras tangere non possunt, etc. De IVliano qui Bisantius fuit, mirificum prorsus commentum atq; adeo callidũ traditur, quo christianos populos in ecclesia domini cõgregatos, ab instituto atq; incepto suæ religionis depelleret, nõ enim ui, non cædibus, non tormentis, sed alia ratiõe aggressus est, ut eos ad ueterem nephandam religionem cõuerteret. Nam prolatis præmijs ac dignitatibus tum blandimentis etiam atque persuasionibus sic effecit, ut is multò plures occupauerit, quàm qui crudeliter eos atque immaniter persequendo attriuerit. Idem tamen Edicto cauit ne christiani homines prouinciarum procurationes haberent, neque ius dicerent quod ipsa ut dicebat, christianorum lex uti gladio prohiberet. Pari quoque edicto constituit ne christiani ipsi gentilium scolas atque gymnasia adire possent, quo minus in bonis studijs atque disciplinis proficerent, &c.

Iulianus

NVllum uiolentum perpetuũ. Nero.

At in omnes Tyrannos crudelißime deseuijt ultio diuina: Omnes inquàm, duris supplicijs à domino Deo correpti sunt. NERO enim Matricida (anno dominicæ incarnatio-

nis

*nis quinquagesimoseptimo: ab* Vrbe *uerò cōdita* 807) *seipsum interfecit, anno uitæ suæ* 31. Imperij 14. *postquàm resciuit se hostem à Senatu iudicatum, & ad furcas condemnatum.* Domitianus (*anno domini* 83. *ab urbe uerò condita* 833.) *à suis cubicularijs, tanquam effæminatus & inutilis confossus est: tantæ desidiæ fuit, ut in cubiculo solus muscas præacuto stylo configeret: uir prodigiosæ arrogantiæ, qui se deum ac dominum scribere in suis cæsarianis iussis edixit.* Idem *exercitum populi* Romani *obiecit, quo rarior in patriam reuerteretur, contra Antonini pij institutum, qui dixit malle se unum ciuem seruare, quàm mille hostes occidere, &c.* MAximinus, (*anno domini* 238. Vrbis *conditæ* 989.) *cum filio in obsidione Aquileiensi, à proprijs militibus obtruncatus.* Decius (*Anno domini* 254. *ab urbe condita* 1005.) *in Mysia pugnans, palustri uoragine obrutus, perijt, ita ut ne corpus eius extiterit usquam.* Valerianus, (*an. domini* 259. Vrbis *uerò conditæ* 1010.) *Persis bellum inferens, ab eis captus Scabellum regis persarum ascensuro factus, paucorum conspiratione interfectus est.* DIocletianus, (*anno domini* 290. *ab* VRbe *condita* 1040.) *cum resignasset* Imperio, *apud*

Domitianus.

Prouerb. Ne musca quidem.

Maximinus.

Decius.

Valerianus.

Diocletianus.

Nicomediam multis uarijsq; morbis uexatus, demum mēte alienatus, sibijpsi uim intulit: Quæ haud dubiū facta sunt ulciscente domino. Claudianus Iulianus Apostata, ecclesiā persequens, teste Sozomeno, miserè perijt in Persico bello, fertur autem manum suam sanguine impleuisse, & in aëra sparsisse, & dixisse νενίκηκας γα=λιλαῖε, in corpore confessus cum blasphemia uictoriam: &c. OChus filius Artaxerxis humani sanguinis sitientißimus tyrannus, Qui tandem à suorum præfecto quodam miserè interemptus est. Sic ob tyrannidem constat Pharaonem & Caßium perijsse. Tyrannidem exercuerunt in pios Bohemicos mystas, Thaboritæ: Hußitæ: Vuicclefistæ, &c. At illi ærumnas experti sunt. Sic Anno 1100. Gulielmus Rufus Angliæ rex in pios Sacrificos desæuiens, & ANselmo Cantuariensi archiepiscopo propter piam eius admonitionem in exilium eiecto templorum prouentibus ad priuatum quæstum abutens, ac sæpe dictitans pinguē panem Christi esse, & delitias præbere regibus, inter uenandum apud Nouæ Forestæ saltum à suo quodam intimo cubiculario sagitta transfixus confestim perijt, Calend. Augusti. Magno documento Christi ministros & sacerdotes nō esse

Pharao. Eutrop. lib. 10.

Nota.

uexan-

*uexandos aut spernendos, quātominus irridendū Christum: &c. Sic lapidarunt Iudæi Christicidæ crudeles, S. Stephanum tanquam legis desertorem inuocantem nomen Christi, Act. 7. Sic coniurarunt in necem Pauli, act. 23. Sic tyrannidem exercuit Constantinus 4. circiter annum 645. In Martinum papam. Sic Anastasius Imperat. anno 492. Constantinus 6. Leonis 3. filius, circiter annum 742, sic Leo 3. an. 721. & Leo 4. anno 777. &c. Quibus tamen dominus reddidit retributionem quam suis retribuerunt: Constantinum 4. Phlebotomia occidit. Anastasius fulmine interijt. Constantinus ob insolentiam morum à suis captus, excecatus est. Constantius seu Cōstans in balneo à suis extinctus, Paul. diac. lib. 5. cap. 5. Alahis crudelis tyrannus à Chuniberto Christianißimo rege miserè tractatus, diac. li. 6. ca. 8. At quo ore persequuntur catholicos, recentiores tyranni: certe extrema sensere. In politia tyrānis execrabilis execrabilior lōge in uinea zebaoth: Redarguuntur principes, & sacerdotes & prophetæ expilatores apud Micheam. Et quod in theatro culpabile est, in templo planè est horribile & execrabile: & quò tyranni sunt insipientiores, hoc etiam sunt ferociores: scriptum* Psal. 136.

*enim*

*enim. Væ terræ cuius rex puer est, etc. Tyrannicum est autem, ne & hoc omittamus, inique cæsos fusq; deq; ferre. Tyrannicum est improuidos adoriri. Tyrannicum, (inquit Barbatus) bene merentes Neronicè trucidare: &c. Quid igitur est tyrānus? Tyrannus est qui ualere iußis naturæ legibus. Gētium decretis, ciuiū moribus priuata utilitate metitur omnia. etc. Tyrānus est qui nulla optimorum ciuiū seu fideliū Christianorum, habita ratione, indignos: pseudo catholicos, uotifragos, & nequam homines ecclesiasticis functionibus præficit, iisq; deglubendos, deuorandos, seducendosq; suos impune permittit. Tyrannus insititius qui amicum & inimicum quorum est dominus, utcunq; occasio inciderit eodem loco habet. Tyrannus est, qui spreto innocentiæ delectu tormentis exquirit, multat, proscribit, relegat, ultimo supplicio afficit, quos libitum est, quos catholicos esse nouit. Tyrannus est, inquit S. Gregorius Moral. 12. Qui in communi Republica non uere principatur, &c. et Cicero li. de ami. In uita tyrannorum nulla fides. Tyrannicum est, inquit D. Eras. Roterod. patriam expugnare; talis Eriapertbus de quo Plutarchus in uita Lysandri. Breuiter: Tyrannus est qui sitit*

Tyrānus quis.



*sangui-*

*sanguinem qui miseram plebeculam tāquam pedibus proculcat. &c. Sequitur ergo.* L*Apsam* Morum *disciplinam:* IN*testinum atq; externum bellum, seu tyrannidem. (intestina bella uoco, quibus* Europæ *principes, prouentosis & inanibus nonnunquàm titulis interse digladiantur)* H*æreses: hactenus perturbasse ecclesiam. &c.*

Triceps bestia perturbans ecclesiam.

*At quid dominus,* Q*ui est perfectio pura,* T*yrannis Christicidis minatur? Audi breuibus Micheam cap. 3. Audite capita Iaacob, inquit dominus, & tyranni domus* I*sraëlis: An non cōueniebat uos ius & æquum nosse? Qui bonum oditis, malum uerò diligitis, qui pellem eorum ab eis diripitis, atq; carnem eorum ab oßibus eorum, qui carnem populi mei deuoratis, detraxistis pellem ab eis, atq; ossa eorum nudastis, clamabitis ad dominum, sed non respondebit, faciem suam eo tempore abscondet, quemad. & uos malitiæ studuistis, &c. Audite hoc uos hæmatodipsæ tyrāni: Qui nihil didicistis nisi uiduas facere, emedullare, et prædam conuehere. Bona ecclesiæ cum Acharo, Iosue 6.7. Ioa, 4. règ. 10.Balthasaro, Danielis 5. Aurilego* An*tiocho, 1. Mach.2. Cambyse,* D*ionysio:*H*erostrato,* F*legeo: &c. diripere? Sapite igitur.*

In oppressores fidelium Christi sententia.

Id est, hominum uoratores.

Reges,

*Reges, nolite præcipites esse in iudicijs san-guinis, erudimini Iudices terræ, Psalm. 2. ser-uite domino in timore, & exultate ei cum tremore: osculamini ecclesiam, Matrem ue-stram, in qua sponsus Christus est, Ne irasca-tur dominus, & pereatis à uia breui exardes-cet furor eius. Perpendite obsecrò nouissime diei inflexibilem, irregressibilem, immuta-bilem sententiam, Ineluctabilem ultimæ tubæ clangorem: Immortales miseri uiuent inter incendia, & inconsumptibiles flammæ nudum corpus lambent. Ardebit purpuratus diues. Non miserebitur ultra deus, neq; tunc exau-diet pœnitentes, sera erit illa confessio, et cum clausa fuerit ianua, frustra carentes oleo accla-mabũt exclusi: SAPITE ergo iterum dico SA-PITE. Beati omnes qui diligunt nomen eius &c.*

Timendꝰ qui corpꝰ & animã præcipitat in tartara.

Nota.

## VVLPECVLÆ VINEÆ *Dominicæ deuasta-trices.*

Math. 16.

ET *portæ inferorum non præualebunt aduersus eam, inquit Oecodespotes, suo enim nutu omnia gubernat & continet* Chri-

*Christus. Vbi duo prædicuntur, tum quod ecclesia sit passura multas, & arduas persecutiones: (hæ enim Inferorum portarum nomine intelliguntur) tum quòd non sit unquam ruitura. Duo, inquam, prædicuntur de ecclesia futura. Alterum impletur indies, scilicet perpetua persecutio, tam à Iudæis, & ethnicis, tyrannis: &c. ut diximus, quàm etiam à perfidis & præfractis. De altero, scilicet quòd semper sit de hostibus suis triumphatura. nihil dubitamus & hæsitamus, quum uideamus ipsam de tam multis hostibus iam olim triumphasse.*

ἄιρεσις *autem (secundum* D. Hieronij: *cuius uerba celebrantur 24. quæstione tertia* Hæresis*) electio dicitur græcis, ac proinde quisquis diuersum à communi totius ecclesiæ sensu, quod doceat, eligit, is merito censetur hæreticus, (pertinacia facit hæreticum non error) secat enim electione sua seipsum ab orthodoxis, hoc est, ab ijs, qui cum ecclesia rectè sentiunt.* Augusti. *libro* De utilitate *credendi, inquit.* Hæreticus *est qui alicuius tēporalis commodi, & maxime gloriæ, principatusq;*

*sui*

*sui gratia, falsas ac nouas opiniones uel gignit uel sequitur, &c. uide* D. Hiero. 24. *quæsti.* 3. *cap.* Hæresis. *Scismaticus est quicunq; recusat subesse ecclesiasticæ hierarchiæ capiti, quicunq; secedit à principali cathedra, ut tunc Mosaica, ita nunc Apostolica, &c.* Breuiter: Hæresis *&* *scisma carcinoma, serpit enim morbus ille cõtagiosus:* Lepra *est multicolor, sic et hæreses sunt uariæ.*

Sorores penè indiuiduæ scisma & hæresis.

Recruduerunt *illæ.*

Anno 450.

1. ACEphali, *clerici sine capite sunt, hoc est qui ducem quem sequantur non habent.* Dicebãt *Christum in una substantia esse adorandum.* Negarũt *in eo duas naturas, sed unicam ex* Deitate *& humanitate mixtam, contra* Chalcedonenn: *concilium. &c.* Exorta *heresis tempore* Attile: *uide* Hieronij: *in cata. hæret. &* Sabel.

Hanc Hæresim acerrimè confutauit Leo 1. PP.

2. AETIani, *dicebant homini Christiano, Solam fidem sufficere ad salutem.*

Anno 398.

3. VIGIlantistæ, *mouebant bellum diuis mundo mortuis.* Gennad. *in cata.* Molliter *uixerũt, mollia & mundo placentia docuerunt, superest & hac nostra tempestáte factura.*

4. Petro=

4. PETrobrusiani hæretici ante 400. annos, negabant ueritatem corporis Christi in eucharistia, negabant sacrificium Missæ: contradicebant cum Scelestino et Iuliano, horis canonicis: demoliebantur Christi & diuorum eicones.

5. ANticidi Mariemastiges non Mariā, hoc est, dominā & reginā cœli (quā Iesaias uocat Hasalman) dicūt: Sed Hariam, hoc est, instar simi uilem ambubaiā circulatricē blasphemāt, cōtra turcarū Alcoranū qui Mariā omni laude fatetur dignißimam. Breuiter: Virginitati Mariæ (quæ generis humani satorē & Sotera peperit octauo Cal. Ianuar.) cōtradixerunt. Nostris tēporibus sanè nō erubuit dogmatistes quidā cum consectaneis (quos hodie uerniles Hagiomachos meritò uocamus) Mariā comparare peccatrici Luc. 7. & syrophenissæ Math. 15. &c.

Antidicomarianæ.

θεοτόκος Maria pronuntiata in 5. Synodo Const. habita iussu Vigilij PP.

6. Aeriani Mammonistæ sordiduli, ij pro defūnctis uetant sacrificium, & stata ecclesiæ ieiunia: uide Augusti. lib. de hæresibus, cap. 55.

7. BAsilides Alexandrinus Christū non in substātia carnis, sed phātasmate ab Araxa quodam uisum, & Simonē quendā eius loco crucifixum, impiè asseruit. Idē 365. cælos esse credebat. Inter Basilidianos omnia fuerunt communia, uide Eus. li. 4. ca. 6. & August. in Cathal. hær. &c.

Donatistí, ci, an, 329. 8. DOnatus Afer, contra hunc decertauit B. Augustinus, Dicebat impiè filium patre minorem, & filium spiritui sancto maiorem: Catholicos rebaptizauit. Dicebat etiã Christianũ nomen perijsse de tot gentibus in orbe terrarum & in Aphrica solùm remansisse. Ad Donatistas

Nota. scribit S. Augustinus his uerbis. Cum uos ueritas urget dicitis patres errasse: &c. Extulit sese stygijs fluminibus hæresiota tempore Constantini, uide Hier. in Chro. & Augusti. contra epi. Parmeniani, lib. 2. cap. 1. & epist. 47. &c. ex Donati scola prodierunt Monten: Rogatiani, Circumcelliones, & id genus monstra alia.

9. PSallianorum errorem Ecclesia æque damnauit, atq; Vuiccleffi furorem, horarum canonicarum preces uanas proclamantem: &c. uide D. August. lib. de hæresibus cap. 57.

10. IOuinianistæ calumniabantur & cælibatũ & abstinentiam. Iouinianistæ noui fidem solam

An. Chri. 383. charitate cassam, iustificare somniant. Iouinianus sanctimonialibus profectioris ætatis nuptias persuasisse dicitur, inquit Augusti. de peccatorũ meritis, & remißio. lib. 3. cap. 7. zythobibulus hodie peior Iouiniano.

11. MAnichæi, ea quæ de Christi pueritia scripta sunt aspernantur. Sanctus Mathæus &

Lucas, uterq; pueritiam Christi duobus absol-
uunt capitibus. S. Marcus et Iohannes prodro- Circa annum 274. Aureliani tẽporibus
mus Christi eam rem non attigere: unde Mani-
chæi illis parum tribuunt, hos magni fecerunt.
Breuiter: uetus testamentum omnino respuunt,
Nouum ex parte recipiunt. Eodẽ modo à pseu-
docatholicis exploduntur libri Machabeorum:
Iacobi epistola quasi stramentitia ridetur. &c.
nã ab ipsis dissentiũt. Idẽ Manes Persa reiecit ci
uilẽ potestatẽ. Seipsum paracletũ prædicauit.
Nostra ætate planè in hãc hæresim prolapsus est
Thomas monetarius, &c. Sunt & hodie qui di-
cunt Christon ex Maria nihil recepisse, sed per
eam tanquam sol per uitrum, & tanquam per
canalẽ aqua, in mundũ uenisse. Manicheos per-
secutus est Cabades filius Perozi regis Persa-
rum, unà cum episcopo eorum Indagaro, &c.

12. AVxẽtius, irrequieta rana & pseudologus:
ecclesiam imperio subijcere uoluit, at propter-
ea in Acheronta immersus: circiter annũ Chri-
sti 368. sub Valentiniano.

13. FRaticelli, (temporibus Alberti austriaci
anno 1300. emerserunt: Alij ann. 1048. re-
gnante Henrico 3.) Hi planè Catabaptista-
rum more, nostra hac ætate lucos perlustran-
tes, promiscuos cõcubitus docuerũt, nihil posse

*ſederunt: ij non eſſe adminiſtrandas reſpublicas Chriſtianis, futiliter garriunt, Multas phanaticas opiniones omitto. Reſuſcitatores fuere Dulcinus et Margarita eius uxor, ſed uiui capti, membratim lacerãtur, et eorum oſſa combuſta diſsipantur.*

14. B*Erengariani tranſſubſtantiationẽ negant: repullulat nunc ille Sacramentariorum error, &c. Huic ſe dedicarat olim Domitius Calderinus, & hodiè Blaſius Arg Mag. cum complicibus. Abiurauit hæreſim Berengarius coram Nicolao PP. uide c. ego Berẽgarius de cõſe. diſt. 2.*

15. L*Amperiani damnarunt cum Iohan. Vuicleff. & conſectaneis, uota.*

16. B*Vſtirapæ, ij ne in templis quidem beatorum reliquijs parcunt.*

17. *Feliciana hæreſis in Conſtantinopolitana ſynodo dammnata fuit, hos fuiſſe Eiconoclaſtas cõſtat: circiter annum 374. celebrata Synodus ſub Theodoſio ſeniore, cuius decreta ſequens ſchediaſma explicat.*

*Effigiem Chriſti cum tranſis pronus adora.*
*Nõ tamẽ effigiẽ ſed quod deſignat honora, etc.*

*Huius progenies longo poſt interuallo, his miſeris tẽporibus ſucceſsit Carolſtadius cũ cõſectaneis, reſuſcitans errorem hũc: & ergo pro-*

*ſcri-*

ſcriptus ex Saxonia ſollicitante Luthero cucullate, qui uel in hac parte probe ſenſit, pro uiribus hæreſi Felicianæ reſtitit: uerba Lutheri excucullati cõtra Caroloſtadium ſunt. Imagines, inquit, rememoratiuas aut teſtimoniales, ſicut ſunt imagines crucifixi et ſanctorũ, probatũ eſt eſſe tolerandas, etiã in Lege, et non ſolũ tolerãdas, ſed quãdiu memoria & teſtimoniũ in eis durat tamẽ ſunt laudabiles et honorabiles, ſicut ſtatuæ Ioſuæ et Samuelis, hæc Lutherus. De imaginũ uſu, uide Gregoriũ magnũ, li. 7. epi. 53. et li. 7. epiſt. 109. ad Serenũ epiſc. Maſsilien. Euſe. li. 7. ca. 14. Hiſto. Eccleſ. li. 11. cap. 22 et trip. hiſt. li. 2. ca. 19. et lib. 6. cap. 1. et lib. 9. cap. 9. Auguſti. in Pſal. 141. &c.

Iconoclaſta Leo imperator circiter annum 458. et Philippus ann. 713. à Conſtantino PP. anathemate percuſſus, à Romanis expulſus & exoculatus, &c. Iconomachus Leo 3. circiter annũ 721. miſerè in Meſſembria occubuit.

Imagines ſanctorũ ab eccleſijs ſeu tẽplis abradẽdas eſſe ſeditioſe docuit Balthaſar Fritberger, ueriùs fridtbrecher, combuſtus in Niclauſburg oppido Auſtriæ, anno domini 1526.

17. ALBimontani ſcolaſticam theologiam ſub nomine Papæ unà cum ſacramentis eccleſiæ &

*salutaribus disciplinis funditus euertunt.*

18. C*Ataphrijges hæretici* Montani *Priscæ & Maximillæ errorem sequentes, aduentum sancti spiritus non in* Apostolos, *sed in se latitasse mendaciter gloriabantur: similes illis qui hodie se ecclesiam mentiuntur, &c.*

1. ANV*tiani negarunt esse unius substantiæ* S. *triadem.*

2. AL*ogi, qui* λόγον, *id est, uerbum dei, non credunt, respuunt enim* S. *Iohannis euangelion.*

3. ANT*hropomorphytæ, ij deum humana mēbra habere arbitrātur: Cum deus nihil nisi ocūlus, nihil nisi auris, nihil nisi manus. etc. existat. Qui omnia nouit & potest* Sozo. *lib.* 8. *histo.* Cle. *cap.* 11. Volaterra. *&c. exorta est circa tēpora* Otthonis *magni.*

4. MON*tanus &* A*pellitæ, tradebant* Cri*stū per phātasias deum uisum esse hominibus.* Eus. *lib.* 5. *cap.* 15. & 18. *circa annum* Christi 163. (*alij* 195.) *sub* Marco Antonio, *&c.*

5. AP*ollinaristæ, (horum signifer* Apollinaris Laodicenus) *dixerūt* Christū *corpus tantū sine anima suscepisse: Multa nugātur de lege* Moijsi, & *resurrectione.* Christi *diuinitatis & carnis naturā unam esse docuerunt.* Hist. *trip.* 9. *ca.* 3. *circa annū* Christi 378. *regnāte* Valentiniano.

6. Are

6. ARabici, futiliter ganniunt animam & corpus simul mori, & simul resurgere.

7. Adamiani seu Adamitæ nudi incedebant, quasi Adæ repræsentarent nuditatem. Aiebant cæteros homines seruos esse, se uerò & suos, liberos. Vrspergen: Circa annum Christi 1346. alij 1344. regnante Ludouico Bauaro. Alij sub Sygismundo Romanorum rege irrepsisse existimant: uide Aeneam Syl. lib. de origine Bohemorum cap. 41. &c.

8. ARRianistæ, (durauit ea hæresis plus 100 annis, non solum Orie͂tis sed & Occidentis pariter turbans ecclesias, tempore Constantini magni, anno salutis 324. Quo quidem tempore Syluester eius nominis primus, Apostolicam tenebat sedem) diuersas substantias patris & filij & spiritus sancti asserunt: Minorem patre filium, spiritum quoq; sanctum minorem patre & filio, ad suam perniciem garriunt. Breuiter: Filium dei docuerunt iuxta perfectißimam natura͂ fuisse creaturam: Catholicos probrose & ironicôs Homousiastas appellabant. Placet hic referre historiolam de Arrianistis. Deuterius episcopus Arrianorum, baptizans quendam Bisantij nomine Barbam, dum contra regulam fidei minorem patre

Arriana fax, & triformis pestifera bestia.

Vide Pau. diac. lib. 4. cap. 15.

*patre filiū et spiritū sanctū asserēs, diceret.* Baptizo te Barbas *in nomine patris per filiū in spiritu sancto, subitò aqua disparuit, hæc parergôs &c.* De Arrij *obitu,* Ambros. *de fide li. 1. ca. 9.* Crepuit *enim* Arrius, *inquit, sicut de* Iuda Petrus *apostolus dixit. Quia possedit agrū de mercede iniquitatis.* Non est *fortuita mors ubi in sacrilegio pari pænæ parile processit exemplū: ut idem subirent suppliciū qui eundem dominū negauerūt et qui eūdē dominū prodiderūt, &c. hactenus* Ambrosius. Crepuit *diuino supplicio* Bisantij, *inquàm, defluxerūt intestina in latrinā credo in portentum, ut significaretur sæculis præcipitantibus* Arrij *proluuiem fœdißimam mahometistas lunigeros ibi regnaturos esse.*

Acto. 1.

Nullum flagitium deus sinit impunitū.

Trinitarij *hæretici:* Arrij *tradux.*

9. EVNomianus *triomachos, dicebat per omnia dißimilem filiū patri.* Augusti. *in catal. hæret.* Hieronij. *&c.*

10. MACedoniani: *Arrianizantes similem quidē filiū patri per omnia, sanctū uerò spiritū cū patre & filio nihil habere commune & per hoc negantes spiritum sanctum esse deū.* Ruf. 1. *cap.* 25. *Augusti. de hæresio. &c. circa annū Christi* 341. *regnante* Constantino *magno.*

Vide Historiam ecclesiasticam.

11. EN-

11. EVchetæ: asserebant Eucharistiam neq; prodesse, neq; obesse, &c.
12. Artotiritæ, panem & caseũ in sacrificio obtulerunt.
13. Bardesanistæ, garriũt Christũ cæleste corpus habuisse, nec assumpsisse carnem ex uirgine.
14. Bonosiaci, dixerunt Christum filium Dei adoptiuum non proprium fuisse.
15. Borboriani siue Gnostici, hi animæ substantiam partem Dei esse existimant.
16. Carpocrates, Christũ non ex Maria uirgine, sed ex semine Ioseph purũ hominem natũ docet: uirum quidem bonum & sanctum fuisse affirmat, cuius anima post crucifixum corpus in cœlum sit recepta. Euseb. 4. cap. 7. sub Antonino 5. circiter annum salutis 163. &c. Carpocratitæ, Mõstruosissimahydra.
17. Hydroparastæ siue Aquarij hæretici: illi in sola aqua sacrificiũ peragebant in calice sacramenti, contra Armenios qui in solo uino. uide decret. Constantinop. concil. 7. General. &c. Quòd extra uinum non fiat cõsecratio sanguinis, uide canones concil. Antisiodorensis, ca. 8. &c. August. li. de hæresibus ca. 64.
18. Cathari, è munditia quam mẽtiebantur sunt dicti: ij gloriantes suis meritis peccatorũ ueniam negarũt. Viduas denuò nubentes damnabãt, etc.
19. Hierarchitæ, ij ganniunt paruulum nullum

in cœlũ, peruenire posse carere enim meritis bla terant. Hierarchitarum meminit Hilarius lib. 6. de trinitat. Hierarchas, inquit, lucernam de lucerna, & lampadem de lampade in duas partes distinguens, erat in natiuitate filij in diuinis, &c. circiter annum Christi 195.

20. Cerdoniaci, negarũt Christum natũ passũq;, sed simulasse passionem. Hæresim Basilidis approbant. Vetus testamentum contemnunt &c. Vide Hilar. lib. 6. de trinitat. Iren. lib. 3. cap. 3. &c. Tempore Xysti. 1. pp.

Antonii pij tẽpore, anno 144.

21. Circilliões seu Scotopitæ: Bonosi hæresim sequentes, Christum filium Dei adoptiuũ non proprium esse dixerunt.

22. Circumcelliones: ij insano amore martyrij seipsos interimebant ut martyres uocarentur.

23. Colatiani, dixerunt Deum non facere mala, contra illud quod scriptum est. Ego Deus creans mala, Esai. 45.

24. Ebionitæ, (quos sabbathizarios uocant) à quodam Ebione facundo uiro orti, Christum ex uiro & muliere purum hominem natum docent: (simili modo Aegyptij Deum belluam animatam uocabant.) Legem Mosaicam necessariò seruandam esse statuunt. Hilar. libr. 1. de trini. Tempore Titi 11. Cæsaris, & tempore Iohannis

Anno domini 84. Ignatius uocat illos diabolicos homines.

hannis Euangelistę, qui se huic fortiter opposuit emersit hæresis. Vocant fortem fidei agonistam Paulum apostatam legis, cuius epistolas quoque rident, Iren. lib. 1. aduersus hæreses ca. 26.

25. Sabellius Pentapolitanus, quem etiam ab hæresios occasione Patripaßianum uocant: Hic personarum proprietatem confundens, filium Dei negauit fuisse Christum, nec primogenitum omnis creaturæ. Idem S. Spiritus omnem sustulit intellectum, Euseb. libr. 7. cap. 4. & 5. Hilar. lib. 5. de trinita. Vnam personam Patri, filio & Spirituisancto adscribunt: Plat. in Syluestro pont. circiter annum Christi 256. Sabellijinsania quę.

26. Polychronius Hæresiota maximæ insaniæ, uoluit suscitare mortuum in hæreticorum ueritatis testimonium, sed sua falsa spe defraudatus & illusus. Vide concilium Constantinopo. 6. seßio. 15. &c.

27. HELVIDIVS, discipulus Auxentij, Mariæmastix, impiè dixit, matrem domini 4. habuisse filios & filias ex Ioscpho: Gennad. &c. circiter annum Christi 388. Marianæ uirginitati detraxit. Antimariani. Heluidianistæ.

28. Etinodiani, & hi theotocæ nomen Mariæ inuidentes: Mariã uirginem ante partum nõ post partum improbè dixere.

Eu-

29. *Eutychiani:(horũ prodromus eutyches cõstantino.) Asserebant Christum post humanã assumptionem nõ duabus naturis cõstitisse, sed sola diuina fuisse contentũ. Damnata est hæresis in synodo Romana, anno 513. Emersit factio tempore Martiani Impera. Anno 453.*

Faciunt & uespę fauos, faciũt ecclesias et Marciõitę Tertullia.

29. *Floriani, dixerunt* Deum *creasse mala, cõtra illud quod scriptum est.* Fecit Deus *omnia bona. Eadem lepra etiàm infecti marcionitæ: creaturas corporales malo genio & ipsi tribuerunt, contra scripturam, omnia creauit* Deus *simul, eccle.18. Simili ignorantia cum* Alogis, *librum* Apocalypseos *repudiant. contra quos scripsit* Iræneus, *ut confirmat* Eusebius *eccle.histo.lib.5.ca.20.*

30. LV*cifer: à quo* Luciferiani, *infernalis* Luciferi *(quem* Rhadamantum *finxerunt poëtæ) uictima opima.&c.* Hic *sola ambitione motus suã hæresim populo obtrudit.* Augusti. *&c. circiter annum salutis* 340.

31. NI*colaitæ, uel* Nicolaini *impudẽtes, libidinosi priapistæ;* Iezabel *illa* Apocalyptica 2.*cap.(quæ aliâs regi* Achab *nupsit) huic sectæ comparatur.* Aretha Cæsarieñ.*ibidẽ, &c.* Nicolaus *hic de 7.* Diaconis *qui in* Actibus *Apostolorũ electi sunt, fuit.* Hic *dixit (inquit* Tertullia. *de præscript. hæret.) tenebras in cõcupiscentia luminis et quidem*

dem fœda & obscæna fuisse: ex hac permixtione pudor est dicere quæ fœtida & immunda sunt & cætera obscæna. Omnes enim refert quosdã turpitudinis natos, & complexus & permixtiones execrabiles, &c. hec Tert. breuiter, promiscuos concubitus docuerunt, Anno 51. Augusti. in hæret. & Ireneus Lugdunensis Antistes lib. 1. cap. 27. Euseb. in eccle. hist. 3. cap. 29.

32. Nestoriani, Qui cultui Mariæ detrahunt, ij Christũ hominem tantũ ex Maria natũ futiliter ganniunt & blaterant. Genna. soc. li. 7. cap. 32. Tempore Theodosii, circiter annũ Christi 427. Nestorianæ hæreseos alũnus fuit Sergius Monachus, Mahometanæ sectæ primarius prodromus. Hodie sunt qui cum Melchiore Hoffmanno, Deũ ex sanguine D. Virginis natum negant, &c.

Nestor seu Nestorius qd Mariæ detraxerit

Melchior Hoffmañ.

33. Valẽtinus: Cerdon et Marcion, hæresim Basilidis approbant, uetus testamẽtum contemnũt, duos Deos, unum iustum alterum iniustũ statuũt, à quibus bona & mala proueniunt omnia, Hilar. li. 6. de trini. Iren. lib. 3. ca. 3. Dogma illud hodie amplectuntur Callecutij ut scribit Ludouicus Vartomãnus. Anno circiter 144. alij 119.

34. Pelagius, temporib. Innocẽtij põtifi. in Britannia hydra proserpsit. Is Nouati & Luciferi Euangelion è cymmerijs tenebris & è stygia pa-

natum, è Ioseph uiro suo alios genuisse filios. Sed illa hæresis cum suo authore Antiochiæ omnium Episcoporum suffragijs damnatur, Anno 274. Huius meminit Euseb. histo. ecclesia. lib. 7. cap. 23. & Sabellicus, &c.

37. Cerinthus, ab alijs Cheritus uocatus: Circũcisionem necessariam esse docuit. Idem cum Nepote Aegyptio post 1000. annos futuram resurrectionem, & regnũ Christi in terris adseruit: unde à Græcis χιλιοσὸς nuncupatus est. Actus Apostolorum contemnebat. Euangeliũ Matthæi solùm recipiebat, alios tres Euãgeliographos, teste Philastro, cachinno excipiens. Traiani tẽpore hæreticus ruina domus oppressus, Euse. li. 4. ca. 14. Huius tempore S. Ioannes domini discipulus in Epheso iens lauari, cum uidisset intus Cerinthum, non lotus recessit. Vixit hæresiarcha anno redempti orbis 82. Cerinthiani. Nepotiani

38. Nouatus: docebat post baptismum acceptum relapsos in peccatũ, redire ad salutem non posse, & errore hoc impio multos ad desperationẽ adegit, et ecclesiarũ concordiã dissipauit. Hic Simiarum more quæ cum homines non sunt, homines imitãtur, id sibi uẽdicare uoluit, quod hodie possidet ecclesia, temerarie Episcopos catholicos Aphricanos, Numidas: Mauritanos, hæreticos declara- Vide Eus. li. 6. eccle. hist. ca. 33. Nota.

*clarauit ipse hæreticus. cõtra hũc scripsit* D. Ar*nobius in* Ps. 106. Audi, *inquit*, Nouatiane. Tu di*cis, qui adhuc nõ sunt redẽpti, ipsi possunt ad indulgentiã per pœnitentiã puenire.* Nos dicimus, *illi per solam fidem ad indulgentiã attingunt. Isti autem qui redempti sunt, non per fidem solam, quia iam crediderunt, sed per pœnitentiam perueniunt ad misericordiam redemptoris &c.*

Irrepsit hæresis circiter annum 241, &c.

*Ob hanc hæresim conciliũ sacerdotale* Romæ *congregatũ est, episcoporũ 60. totidem presbyterorum, cum diaconis multis, &c.*

Cathari. *Superbo nomine catharos, id est, puros semetipsos appellarunt.*

S. *Cornelius pp.* 20. Hunc Nouatum *anathemate percussit.*

39. *Prædestinati hæretici, ij nec bona nec mala opera curarunt.* Bernard. Lutzel. Anno *Christi* 453.

40. *Photinus, (huic cõsensere* Hebionitæ) *Christi diuinam natiuitatẽ negauit, eũq; natũ penitus ex* Maria *docuit.* Hist. *trip. li. 5. cap. 5.*

*Hic paulò post in concilio Syrucij congregato anathemate percussus.* Hist. *trip. 2. cap. 30.*

*Circiter annum Christi* 340. *alij* 374. *sub* Constantino *secundo.*

41. *Iacobitæ, (in Syria)* Candenti *ferro chara-*

*cterem*

cterem crucis frōtibus baptizatorū inurūt et tudiculant. Hæreſios huius anſam ſumunt ex uerbo Ioannis, dicentis. Ipſe uerò baptizabit uos aqua & igni. Sed non ſatis attendunt, quòd Ioānes dicit Chriſtum baptizare igni, non hominem, cui baptiſmus ſaltem aquæ creditus eſt, &c. Eadem ſentiunt cum Iacobitis Marouini. Marouini

42. Audæus, Syrus. Cum Anthropomorphitis Deum humana membra habere exiſtimauit. Theod. 4. ca. 10. Circiter annum 388.

43. Eufrata hæreticus tempore Iulij 1. pp. Chriſtum negauit Deum, in Colonieñ. Synodo dānatus eſt.

44. Helcheſaitarum hæreſis irrupit circiter annum 239, temporibus Decij: ſub Fabian. pp. Scripta S. Pauli, & alia quædam à ſpirituſancto tradita negauit, & hanc Origenes deuicit. Euſeb. 6. cap. 38. Sancti Pauli apoſtoli epiſtolas refutabant, fidem in perſecutione docuerunt negandam.

45. Meſſalianitæ, ij carnem domini nec prodeſſe nec obeſſe, docuerunt. Theo. 4. cap. 11. circiter annum 357.

46. Armacan Holophāta, anno 1350. docuit turpe eſſe Chriſtianis ſua ſponte mendicos eſſe. Vola. 21. in Ord. Franc. &c.

47. *Albianorũ hæresis in comitatu* Tolosano *cre uit, ij Christi corpus in pane, ut in alijs rebus, esse censuerunt.* Aemil. *lib.* 6. Hos *sanctus* Dominicus *sui ingenij acrimonia fortiter prostrauit,* Blond. *lib. 7. circiter annum 1216.*

48. *Sirenus, tres naturas et principia finxit.* Augusti. *Tempore* Antonini 5.

49. *Monothelitæ cum sua hæresi emerserũt.* Hi *duas uoluntates diuinam & humanam, in* Christo *esse negarunt,* Volaterra. *lib.* 7. Antropol. Contra *hos hæretistas synodus* Constantinop. 150. Episcop. *celebratur: &c.* Irrupit *circiter annũ Christi 566. tẽpore Iustini huius nominis 2.* Imperat. Vide *Paulũ* Diaconum *de rebus gestis* Lõgobardorum, *lib. 6, cap. 2.*

50. Berillus Bosternæ *urbis in* Arabia Aposcopos *uerius, Christũ non ante carnis natiuitatem fuisse, & patris* Deitatem *in eo tantum habitasse impie asseruit.* Hunc Origenes *deuicit, atque ad sanctam matrem ecclesiam reduxit,* Euseb. *lib. 6. cap. 21. & 33,* Hierony. *in catal. etc. circiter annum Christi 214.*

15. *Anno domini 1047. & circiter: species sectæ* Manichæorũ *in Goslar emersit, quæ omnis animalis esum execrabatur,* Hermãnus *cõtract. etc.*

52. Eberardus *Vuiedense, apostata* Halberstateñ.

Qui

Qui concedit quidē peccatū originale, tamē blaterat incertū an puer baptizatus moriens saluetur, cū nihil certi cōstet de huius fide, q. si fidem non recipit filium iræ & damnationis gannit.

53. Anno domini 1175. tempore S. Bernardi, Petrus Bailardus philosophus peripateticus emersit. Hic præter creatorem & creaturas, aliud quiddam posuit, sed conuictus erroris præsente Ludouico rege, sanctißime postea uixit, nō modo sententiam mutauit, sed Monasticā uitam & religionem professus est: Plat.

54. Anno domini 1524. Berengarij error renouatus, à Carolostadio, Oecolampadio, & Zwinglio, etc. ij editis scriptis in participatione cœnæ dominicæ nō distribui uerū corpus & sanguinem Christi, dixere. Sed à Leone 10. in Concilio Vercellensi damnatus est hic error. Incredulos Christus arguit discipulos, Mat. 17. Mar. 9. Luc. 9. 24. Ioan. 20. Incredulis etiàm interdixit regnū cœlorum, Rom. 11. Hebr. 3. etc. contra hos acerrimè scripsit Luther.

Capharnatica in credulitas taxatur.

55. Anno dñi 1512. extitere qui dixerunt animam esse mortalem, & unicam in cunctis hominibus, homines turcis turciores. Hos Leo pp. 10. in Lateranensi Concilio anathemate percußit.

56. Christophe. Schaplerus, 12. articulos cōscri

*psit de libertate christiana, inter quos hic erat praecipuus, Tributa non esse pendenda magistratui: emersit haeresis nostra aetate.*

57. Hermannus Kissuich Holandrinus: *docuit animam per hominis mortem simul cum corpore perire. Hanc quoq; haeresim* D. *Augusti. libro de haeresibus* 83. *ca.* 12. *impingit* Arabicis.

Arabici.

58. *Anno domini* 1538. *prodijt secta eorum qui dicuntur Antinomi.*

59. Nicolaus Galecus Bohemus, *missus ad conciliũ* Basiliense: Is *docuit hominem nullum posse occidi iuste, etiamsi id fiat ex iudicis praecepto.*

60. *Anno domini* 1543. *In* Frisia *surrepsit nouus quidam pseudopropheta nomine* Georgius David, *uerius archimorita.* Hic *se* Dei *nepotem dixit. Asserebat coelum esse omnino uacuum, se autem ad id missum ut filios regni coelestis haeredes adoptaret: & alia multa plane absurda blaterans.*

61. *Anno domini* 1553. *coeptum est agi, de sacra palingenesia,* Basileae: Res *certe omnino mũdo ridicula & pythagoricae doctrinae affinis.* Et *in eadem* Rauricorũ *urbe uisus est qui geniũ* Petri *apostoli ducẽ se recepisse affirmarit.* Et *alius in eadem urbe, se* Moseos Angelũ *habere mẽtitus est. &c. Sic etiã pythagoras animã* Euphorbi Troiani

*iani dixit se poßidere. Sic et Ennius de anima Homeri sese iactitabat. Sic Anno 433. Iudæus quidam se Mosen esse asseruit: Soc. 7. ca. 38. Sic & Druides animas in alia euolare corpora finxerunt. Et Iulianus ille Apostata, Alexandri animã se esse sortitum dixit. Hac de re Socrates histo. trip. li. 6. &c. Sed nihil ad nos næniæ hæ.* Druides.

*62. Tatiani & Albanenses nuptias illicitas esse dixere, fœdera nuptiarum damnarunt anno domini 126. Tatianus uir doctißimus, quamdiu ab opinione Iustini martyris præceptoris sui nõ disceßit.*

*Et in summa, omnes.*

| | |
|---|---|
| 63. *Hermogeniani.* | 71. *Nyctages.* |
| 64. *Herodiani.* | 72. *Ophitæ.* |
| 65. *Hemerobaptistæ.* | 73. *Choitæ.* |
| 66. *Chiliastæ.* | 74. *Paterniani.* |
| 67. *Encratitæ,* | 75. *Patriciani.* |
| 68. *Orebitæ.* | 76. *Priscillianistæ.* |
| 69. *Mechisedechiani.* | 77. *Sethiani.* |
| 70. *Menandriani.* | |

Vide Aug. lib. de hæresibus.

*78. Seueriani: uinum non bibunt, carnes fastidiunt, uetus testamentum ac resurrectionem non recipiunt.*

*79. Antidicomarianitæ.*

*80. Saturniani, uide Euseb. 4. cap. 6. Tertullia. in hær. &c.*

*81. Origeniani, ij post longum aliquod tempus etiam damnatis Dei promittunt misericordias: Cum ignis infernalis æternus sit, Mat. 25. Esai. 66. inextinguibilis item, Mar. 9. &c.*

*82. Simoniani seu Giezitæ, spiritus sancti dona uenalia habuerũt: Epiphani. contra Simon. &c. Affirmarunt etiã creaturam non à Deo esse, sed ex suprema quadam uirtute prouenire: Polyd. li. 8. de inuento. rerum, cap. 3. utinam hodie nõ essent qui Gieziana corriperentur elephantia, 4. Reg. Gratia enim Dei nõ uenditur, sed donatur: Non tantum ille in culpa est qui uendit, sed & qui emit. Infœlix est enim qui uendit, infœlix est qui emit: (q enim emit, necesse est uẽdat.) Gratia Christi non potest auro comparari, communicatio autem rerum temporalium nullo iure gratis communicanda extra supremam necessitatem. O pestiferam Dæmonis astutiam, qui sic uisum atque auditum obstruxit mundo, quas tamen ambas uias Christus reserauit.*

proxenetã seu propolam qui agant.

Dictũ Alexãdri Im.

Chryso. in Ma. ho. 41

*83. Theodosiani.* *87. Albigenses.*

*84. Tertullianistæ.* *88. Pauperes de Lugduno.*

*85. Campates.* *89. Garasti.*

*86. Tritothei.* *90. Pateroni.*

91. *Arnoldistæ.* 101. *Hermani.*
92. *Speronistæ.* 102. *Archontici.*
93. *Artemonitæ.* 103. *Turrelupini.*
94. *Pepuziani.* 104. *Pattalorinchitæ.*
95. *Tesserescedecatitæ.* 105. *Almarici an.* 1204.
96. *Valesii, August. lib. de hæresib. cap.* 37. 106. *Anthiasistæ.*
107. *Durãdus de Vualdach*
97. *Vadiani.* 108. *Adelphius lib.* 7. *hist. trip. cap.* 11.
98. *Hellinistæ.* 109. *Melander.*
99. *Rhetorij.* 110. *Grubenheymerus.*
100. *Seleuciani.*

111. *Caiani sentiunt* Iudam *traditorem longam literã, fuisse diuinum, & scelus illius beneficium existimauere.*

De Polemone: *Dioscoro,* Eluro, Seuero, *Choluto,* Themistio, *Chodoro,* Euagrio, *&c. hæreticis. Vide concil.* Toleta. 8. *cap.* 17.

112. *Flagellantium secta prodijt* ἀνόνυμος, *circiter annum* 1350. *in historia* Polonorum *legis sub anno* 1261. *&c.*

113. *Chorizantium secta emersit, anno* 1373.

114. Nazareni *Actor.* 24. *Christum* Dei *filium de Maria natum credunt, passum etiam, & resurrexisse, omnia legis mandata custodientes ( legem* Euangelio *commiscent, utrunq; confundunt, ) Sed dum uolunt* Iudæi *et* Chri-

 stiani

*ſtiani eſſe neutrum ſunt: Beda ibidem &c.*

117. *Gnoſtici.* 119. *Apoſtolici.*

118. *Angelici.* 120. *Dulciniſtæ anno domini* 1034.

*Quibus & pſeudoangelicos, cũ conſectaneis ſupplantatoribus addere poſſumus: pulcherrima nomina in homine pernicioſo &c. Scimus, inquit* Paulus 2. Cor. 11. *Satanã ſeſe transferre poſſe & mãgonizare in effigiẽ lucis: exẽplũ habemus* Mat. 4. *Sic Celſus philoſophus li. ſuo cõtra* Euangelion *conſcripto nomen fecit.* Verum *Sermonẽ.* Iulianus *gentibus ueritatẽ retulit acceptã. Simon Magus appellabat ſeipſum uirtutem* Dei. *Samoſetanus ſpiritum ſanctum ſeſe & angelon nnncupabat. Sic* Marcionitæ *et* Valentiniani, *ſe catholicos ſanctulos religioſulos et orthodoxos dici uolucrunt. Sic* Nouatiani *ſe catharos, hoc eſt puros uocant, cæteros omnes impuros. Sic Arriani cũctos (qui uere orthodoxi fuerunt) criminabãtur, tanq̃ fidei ſcripturarũq; peruerſores: &c.* O *Angelici, ſcilicet: certe ueriũs* Bomolochi, *& ſpermologi dicendi, nõ theologi:* Nõ *correctores, ſed corruptores:* Non *Angelici, ſed cacoangelici.*

Euãgelici etiàm olim titulotenus.

HVSSITARVM FACTIO, *quæ illis temporibus recentioribus hinc inde recrudvit.*

Inter

Schuermerianum tumultuosũ & uertiginosum Hussitarũ cõmentũ.

*Inter hos etiã ponendi sunt* Bohemi, *zythobibuli*, Hussitæ(*inquit*)Rabanus *& huic consentit* Codrus Italus, *&* Stamlerus Germanus) *Hi sanguinis sacramentum popularibus omnibus et infantibus cõmunicant, sed & apud ipsos* Bohemos, *ut de uirtute in uirtutẽ, sic et in ei oppositũ de uitio in uitium itur*, HV*ßitarũ hæresis dicta hactenus:* Maxime Sapientiæ *personam ac titulum sibi uendicant, sed interim* κὰι ἐν τῆ πορφύρα, κὰι ἐν τῆ λεοντῆ ὄνοι, *id est, et in purpura simij, & in pelle leonis asini*. *Bone deus quot sectas* Aquilonica *illa archisecta quotidie parturit?* Hæc Romanum *pontificem reliquis esse equalem* Episcopis *& non maiorem asserit,* Breuiter. RHomam *acephalam esse eblaterat.* Mõtem Libani *ueritatis caput proclamat*. *Preces pro defunctis in ecclesia respuit, & paradosin immisericorditer irridet, Summa*. *Purgatorium negat secta. Simulacra & eicones cũ dei tum sanctorum delendas censet.* Factitias *mẽdicãtium religiones demones inuenisse garriunt huius hæresiotæ.* Catechistas *omneis pauperes esse debere (ipsi* Iro *pauperiores, scilicet.) mẽdicitate uiuere, & eleemosyna sola contentos (cõtra illud, dignus est operarius mercede sua) fingunt, confeßionem auricularem nugacem,*

Ioh. Huss combustꝰ anno 1415. 8.Iulij.

 *quenq;*

quenq; posse sua peccata in abscondito confiteri deo. Nihil opus esse operibus satisfactorijs: solā fidē Iustificare, nec referre cuiusmodi sint opera hominū. Matrimonium Sacramentū negant. Iustū in omni opere bono peccare. Characterē in Sacramento aliquo imprimi subsannat. Machabeorum libros autenticos esse blaterat. D. Iacobi epistolā, ac si esset stramē fabaceū, ridet. Docet etiā hominis Arbitriū destitutum gratia dei, quantò magis nititur tātò grauius peccat. Cœmeterij inanē usum esse garriūt futiliter zythobibuli Hußitæ. Sacerdotem quocunq; loco posse celebrare. In horis canonicis tempus frustra conteri: Ieiunia nullius esse meriti, & sub utraq; specie communicandum, ut suprà docuimus. &c. Articulorum sunt 30. Breuiter stramen Ambrosiæ præfert secta: At aderit Hæresiotis, suis horis, adrasteia Nemesis. Quas tragœdias suscitarint Hußitæ, annales maiorum satis locupletißime demonstrant. Hæreseon nostrorum temporum quis finis futurus sit deus scrutator cordium nouit. Experientia rerum omnium magistra hactenus edocuit & edocet.

Primo

Primo Articulo fidei contradixere.

Manes.
Andeus.
Cerdon.
Faustus.
Hermannus.

2.

Felicianus.
Felix.
Nouatus.
Iouinus.

3.

Fontinus.
Eibictus.
Nestorius.
Theodorus.

4.

Martion.
Saturnius;
Praxeas.
Astaticus.
Basilides.

5.

Apelles.
Cerinthus.

6.

Carpocras.
Seleucus.
Hennias.

7.

Nepos.
Philastrius.

8.

Macedonius.
Arrius.
Sabellius.
Eunonius.

9.

Andeus.

10.

Pharisæi.
Sadducæi.
Esseni.
Pelagius.
Cathari.

11.

Sadducæi.
Himeneus et Philetus, 2. Timoth. 2.
Almarius, an. 1204.
Hermogenes.

12.

Nepos.
Cerinthus, &c. Omnes articulis fidei in eccles. restitere pertinacer.

Fine

*Fingunt sciſmatici* Ro. *Pontificem eſſe*
Apoc, 14. *dracenam* Apocalypticam,*cum ipſi*
*uerius ſint illa* Iezabel.

*1.* Z*Iſche monoculi conturmales cum fratribus* Thaboritis Zythobibulis,*ſupremum locum obtinent.*

*2.* Alterum locum occupant *Anabaptiſtæ* Restincti Heluidiani: *priapiſtæ libidinoſi, peßimus error: ex chariſmatibus mercedem, & baptiſmum tanquàm ſtipem noſtri meriti faciunt.* Nō *ſe accipere, ſed aliquid ſacramento conferre putant.* Fundamentum *ſalutis ponunt ſuas uires non gratiam* Baptiſmi: *Nullo alio lauacro digni niſi eo quod eſt extra eccleſiam.* Pædobaptiſmum *negant contra decreta concilij* Carthaginenſis *primi, & rebaptizantur ipſi: iactant etiam uiſiones atq; ſomnia, &c.* Vim *omnem priori baptizationi detrahunt, ſanctimoniā quandam externam præ ſe ferunt docent: anabaptiſtæ non licere* Chriſtianis *in foro contendere,* Non *gerere magiſtratum, non iuſiurandum dicere, non habere quid proprium, ſed omnia debere omnibus eſſe communia,* Quatuor *eſſe omnio prophetas blaterant, regem dauid.* Iohan. Leiden. Pontific. Luth. *&c.* Cruentißima *illa* Medæa *ſuum agnoſcebat ſcelus dirum:*

Illi

*Illi uelut nouum dogma impietatem suam omnibus exhibent: in puero, (dicunt consectanei,) post Baptismum negare remanens esse peccatū est Paulum & Christum simul conculcare (articulo 2. assertio,) Quis obsecrò unquàm tam immitis infanticida, infantum parricida: duræ fuerūt masculis Amazones. Crudelis Progne. Sæuus pharao, immanis Herodes, hi tamē corpora duntaxat infantium peremerunt: Ipsi uerò et animas, quamuis sacro fonte ablutas, perdunt, addicunt peccato excludunt cælo: Sæuyt Herodes cruore (uide D. Cochlæum) illi atramento. Ille in corpus, illi & in animam innocentium. Ille in masculos, illi & in fæmellas. Ille in unius loci paruulos, illi in uniuersos totius orbis, etc. Breuiter. Noui Hußitæ contra lucifugos, gratiam in Sacramentis abnegant, & peccata adscribunt: &c. hæc parergôs. Viderint ergo qua traduce sint nati.*

*Anno domini 1534. in principio Ianuarij uirescere cæpit secta in Vuestphalia, ui enim Monasterium oppidum occuparant, erigentes sibi arcem sion, & nouam Hierusalem.*

*Anno domini 1537. duo Anabaptistarum Aposcopi ueriùs, cum alijs eius sectæ hominibus Antuerpiæ sunt exusti.*

3. Vual-

3. *Vualdenses, tertium locum habent:* Hi *Iuramentum negant, & omnes fere sanctiones S. Romanæ Ecclesiæ: Aeneas Sylui: in Bohem. cap. 35. Emersit hæresis circiter annum 1118. Sub Ludouico quarto.*

Virulenta uipera.

4. *PIghardi, quartum locum possident, ij in Eucharistiæ Sacramento nihil diuinitatis esse credunt proditores ecclesiæ, non oues. Qui ecclesiam catholicam in angiportum Bohemiæ includere præsumunt. Festa diuæ Mariæ uirginis respuunt: Dies tamen Dominicos, & festum natalis dominici, Paschæ, & Pentecostes, contra Hussitas recentiores celebrant Hæc quidam in suis Paraleipomenis. &c.*

Soluendi officium non cuiuis creditum.

5. *Sequuntur wiccleffistæ: Qui anno salutis 1393. alij 1410. à Christi uicarijs & ab Apostolorum successoribus potestatem clauium ad Laicos transtulerunt. Hic etiam in sola Anglia ecclesiam somniauit, post Vrbanum sextum non esse aliquem recipiendum in Papam. Item debere obedire diabolo finxit calumniator, &c. Articulorum sunt 45. Qui in sessio. 8. Constantiensis concilij Anathemate percussi sunt & damnati.*

6. *Swencfeldenses, Capernaitis in aliquibus cōsentiunt, ij penultimum locum occupant.*

7. Ca-

7. *CApernaitæ, ultimum locum sortiuntur: ij ne uisis quidem signis credunt cum regulo,* Io*hannis* 4. *Stupenda cæcitas & arrogantia Sacramentariorum, clarißimæ fidei* Catho*licæ ecclesiæ aduersantium. Credere iubemur, discutere prohibemur: Credentibus, inquit* Ambrosi. De *fide lib.* 3. *cap.* 4. *puer natus est, & non incredulis, &c.* De *capernaitarum incredulitate, uide* Augusti. Tracta. 27. *in* Euangelion Ioannis. Q*uemadmodum enim homini tutum non est ultrà quàm fragilitas sua permittit extolli,* Ita *periculosum est quæ humanis rationibus assequi nequit reijcere, aut etiam irridere: maxime tot tantisq; patribus reclamantibus, & impietatem talem manifeste execrantibus:* Hoc *delirium impugnauit* Lutherus, *Anno* 1525, *& consentiunt* Colluteristæ.

### Subdiuisio.

1. *MVntzerani, uerius* Sataniani, *quorum etiam sententiam laudauit* Carolostadius, *ut quidem Marten* Luther *refert.* Is Tho*mas Monetarius in Mulhusen* Thuringiæ *oppi*-

oppido palā docuit restauraturū se collapsum ecclesiæ statū, gloriabaturq; priuatim sibi à deo reuelationes fieri, & ad euertendam tyrannidem impiorū, gladiū Gedeonis sibi commissum esse: eduxit turmatim cohortes uulgi, iußitq; nobiliū domos diripi, & monasteriorū bona cōpilari. Circiter annum domini 1524. &c.

2. BINderliani. 5. Hoffmannici.
3. SABbatarij. 6. LIBeri.
4. MADerani. 7. Cnipperdolingiani.

Septem habitacula Inferorum scribit Rabi Ioseph Castiliensis cabalista in horto nucis:

Hi ergo Hæresiotæ, sæpe quidem oppugnauerūt S. Romanā ecclesiā, & cathedram Petri, sed præualere nunquàm potuerunt. Qui enim certant cum ea, quam nō possunt uincere, quæso quid aliud est quàm irritare crabones? Neq; incassum Petrarcha Petro dixit. Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meā &c. Hæc domini uerba non sunt inania, nō sunt temere dicta, sed firma sūnt, & perpetuò sic stabunt. Vbi est ecclesia Samosetana? Arriana? Sabelliana? &c. stat firma S. Romana Ecclesia, Sponsa Christi, Apostolica sedes magistra & uindex orthodoxæ fidei principali potestate sua, quā in beatißimo Petro accepit à domino

iugiter

iugiter ipsos cohercuit prostrauit. &c. Impugnatur quidem illa, tempestates, inquam, suscipit, sed non demergitur, iacula in eam mittuntur, sed nõ perforatur, peribunt huius hostes et pyrobolarij certissimum est, ut autem cito pereant, non parum in nobis situm est. Illorum colluuies ut apud deum est abominabilis, ita & minime est stabilis: Euanuit Aetianus: disparebit etiam gesticulator, Sola fide sibi adeo placẽs. Euanuit Manicheus, dilabetur hæresis, homini libertatem arbitrij, ac per hoc rationem meriti, auferẽs, Perijt Vigilantius, sanctorum cultum impietati adscribens: Interibit etiam Martinianista, idẽ euangelion olim ab ecclesia damnatum, excitãs. Stabit Nymphi & Nymphæ autoritas, &c. De pœna hæreticorum uide Augu. epistola 153. 159. & 160. Breuiter. Hæresis peccati pœna est, tollatur itaq; peccatũ, & iam nõ erit uspiam hæresis. Negligẽtia Cathedræ ecclesiã turbauit, diligentia uero eiusdẽ omnia faciliме reparantur, et certe nisi hæreses exortæ fuissent recentioribus temporibus, tanta leuitas & inconstantia nunquam fuisset uisa, &c. Nascuntur autẽ hæreses & scismata ex dominationis eminẽtia, Omnis enim hæreticæ prauitatis initiũ est, suo sensui plus indulgere ac tribu-

Hæresis peccati pœna.

*ere quàm catholicæ ecclesiæ: Vnde Hieremias cap. 49. Ecce paruulum dedi te in gentibus, cōtemptibilē inter homines, arrogātia tua decepit te, & superbia cordis tui, qui habitas in cauernis petræ et apprehendere niteris altitudinem collis: Cum exaltaueris, quasi Aquila, nidum tuum, inde detraham te dicit dominus, & erit idumæa deserta, &c. & Cyprianus in epist. ad Cornelium summū pōtificē. Neq; enim alicunde, inquit, hæreses obortæ sunt, aut nata sunt scismata, quàm inde, quòd sacerdoti dei nō obtemperatur, nec unus in ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex, uice Christi cogitatur, cui secundū magisteria diuina obtemperaret fraternitas uniuersa, nemo aduersum sacerdotū collegium quicquam moueret, nemo post diuinum iudiciū post populi suffragiū, post coepiscoporū cōsensum, iudicem se non iam episcopi, sed dei faceret. Nemo dissidio Vnitatis Christi ecclesiam scinderet, nemo sibi placēs, ac tumens seorsum foris nouam hæresim conderet, hæc Cyprianus: &c. De fastidiosa æmulatione hæreseos, uide 1. Cor. 1. Iacob 3. &c. neq; enim omnia ad uiuum reseco.*

Proprium hæreticorū est, per dulcedines decipere, inquit Hieronij.

*In Qua ecclesia manendum Christiano.*

*In illa*

In illa ergo, inquit D. Hieronymus aduersus Luciferianos pag. 67. Ecclesia permanendum est, quae ab Apostolis fundata, usq; ad hanc diem durat. Sicubi audieris eos, qui dicuntur Christi non à domino IHESV CHRISTO, sed à quoquàm alio nuncupari, ut puta Marcionitas Valentinianos, Montenses, siue Campates. Scito non ecclesiam Christi, sed Antichristi esse synagogã: Ex hoc enim ipso, quòd postea instituti sunt, eos se esse indicant, quos futuros, Apostolus praenunciauit. Nec sibi blandiantur, si de scripturarum capitulis uidentur sibi affirmare, quod dicunt, Cum & diabolus de scripturis aliqua sit locutus, & scripturae non in legendo, sed in intelligendo consistant. &c. Haec ille sanctus Bethleemites. Eadem Epiphanius in Ancorato cõfirmat, dicens. Omnis Haeresis mẽtitur, quae non accepit spiritum sanctum secundũ traditionẽ patrum in sancta dei ecclesia. &c.

Hæretici Antichristus synagoga.

Obseruã.

Omnis hęresis mendax.

Haeresiotas interdum deus patitur.

Castigat autem, inquit Saluia. lib. 5. quos castigandos putat, patitur quos putat esse patiendos. Vtrunq; ad unam rem uult proficere, ut & castigatio in catholicis peccandi refrenet libidinem, & quandoq; haereticos patientia dei

Hęreticos carere sacris, confirmat Cypria. lib. 1. Epist. 12.

*dei faciat plenā fidei noscere ueritatem: maxime cū sciat eos forsitan catholica non indignos fide, quos uideat catholicis uitæ comparatione præstare: &c. hactenus* Saluia: O*portet hæreses esse*, 1. Cor. 11. *inquit Sedulius ibidem*; Nō *quod hæreses deo placeant sed quod per eas fideles exerceantur ut qui deo noti sunt, hominibus manifestentur. &c.*

Quòd mala in ecclesijs nos excruciant, uide Cyp. li. 3. epi. 3.

*Hæreses circa singula inter se pugnant.*

Diaphonia inter hçreticos.

Q*uòd si quis omneis sectas in unū congregauerit, adhuc inter eos constare non poterit, quæ potior dicenda sit, quorum dogmatibus potiùs parendum, adeò circa singula inter se pugnant, luctantur, atq; dissentiunt: perpetuamq; hanc per secula litem alunt, (scripta in lucem ab ipsis edita illud exemplificant) & quod ait* Firmianus, *una quæq; secta omnes alias euertit, ut se suaq; confirmet, nec ulla alteri saperè con edit, ne se desipere fateatur* Sed *in uarias abit sectas, quia inter superciliosos, superbos regnant iurgia, quibus omnis nouitas grata est*, Non *enim reguntur spiritu dei, sed spiritu uertiginis: &c.* Exempli gratia. *Arrius unam substantiam* Trinitatis *negat: contrà, Sabellius proprietatem personarum confundit:*

Discordiæ omnis seminarium cultus diuini dispa ritas.

Nesto-

*Neſtoriani unum Chriſtum in uerbo & carne non credunt, Valentiniani diuerſum ſentiunt. Apellitæ: Apollinariſtis & Eunomianis contrarij ſunt:* Nec cum Donato per omnia conuenit *Petilianus: etc. Sic Hæreſes nihil ſunt, niſi Scylla quædam monſtroſa, Chymæra & hydra: Nihil niſi minas ſpirant, nihil niſi fraudem proditariā tractāt. Proteus & Verumnus uarij fuerūt, ſed plus uarietatis poſsident hæreſiotæ, album nigro mutantes. Si quid ex ſcripturis ipſis opponitur, ad ſuum uſitatum aſylum hæretiſtarum confugiunt, mox negant authenticum eſſe, more ueterum dogmatiſtarum, quorum alij Paulum, alij Lucam, alij Iohannem, alij principium aut finem Euangelij ſecundū Matthæū reiecerūt. Simili temeritate zythobibulus reiecit (in præfation. nō. teſt.) è ſacrorum librorum canone & catalogo, aliquot Apoſtolorum epiſtolas, nēpe Pauli ad Hebræos, Iacobi Itē et Iudæ atq; etiam ſacratiſsimā Apocalypſin Iohā. &c. Cæterum quia ut de Hæreſiarchis omnibus uerba faciamus, quando indigni ſunt, ſinamus eos, uti merentur, perpetuò ualere, quorum memoria dubio procul eſt peritura cum ſonitu: Quemad. non incaſſum Propheta regius imprecatur iſtis, inquiēs. Diſpereat de terra memoria*

Aſylum heretiſtarum uſitatum.

eorum, Psalm. 18. Id quod omnibus accidisse nouimus, quos nostræ tempestatis Hußitæ ex cineribus eorum resuscitare moliuntur, sed inuanum conantur omnes aduersus domini uerbum manens in æternum. Accidit ergo illis, quòd cani Aesopico carniuoro, qui pane relicto & in umbram eius inhians perdidit escam. Sic perfidum hoc & duræ ceruicis hominum genus impetum faciens, amittit panem uitæ æternæ, & inanibus nominibus perdit uerbum ueritatis: Summa. Non est ulla factio tam pestilens cui non patrocinium ferant hodiernæ nemroitharum ambitiosulorum hæreses, si quis altius inspexerit, &c. Hæc autem scripsimus, Christiane lector, non ut quenquam iudicaremus, seu dente theonino roderemus, nouit deus pater omnium, Sed ut insaniam nostri seculi depingeremus, non totam tamen, sed particulam quandam, non paruam, sed minimam, &c. Peccantem fratrem, inquit Tertullianus aduersus Marcio. lib. 4. iubet corripi dominus, quod qui non fecerit, utiq; delinquit aut ex odio uolens fratrem perseuerare in delicto, aut ex acceptione personæ parcens ei, habens Leuiticum: Non oderis fratrem tuum in corde tuo,

&

*& Psal. 4. Irascimini & nolite peccare, &c. sed publice argue eum ne habeas super illo peccatum hactenus ille.*

*Ecclesia expugnari non potest.*

*Multi se hostes sustulere contra unicam Petri sedem. At illa semper inuicta perstitit, nec perstitit tantum, sed etiam uictrix perculit omnes. Nemo de hac spolia retulit ullo tempore perduellis, nemo de cathedra Petri & sede Apostolica uiolata gauisus est: Nemo ex hoc bello inimicus unquàm triumphauit. &c. tentatur quidem arietibus & telis ab Hæresiotis, sed hi, ut inquit altisonus Augustinus, sic sunt in corpore Christi, quomodo humores mali: ij quando euomuntur tunc releuatur corpus. Sic & consectanei quando exeunt tunc releuātur pij. Hæc ergo S. Romana Ecclesia, una est: uera, catholica: contra omnes hæreses pugnat. Et ut idē August. ait lib. 1. de symbolo ad cathecumenos cap. 5. pugnare potest, expugnari nō potest. Hæreses omnes de illa exierunt, tanquam sarmenta inutilia de uite præcisa, ipsa autem manet in radice & traduce sua, in uite sua in charitate sua, & portæ Inferorum* Eccesia dei semper impugnata triumphat.

*nõ uincent eam. Quisquis inuentus fuerit absq; ecclesia, alienus erit à numero filiorum dei:* Hæc *Mater est spiritalis Christi sponsa est, gratia eius dealbata, pretioso sanguine dotata: totum possidet, quod à uiro suo, sponso, accepit in dote: & ut inquit Cyprianus,* Illius *fœtu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu eius animamur.* Adulterari non potest *sponsa Christi, incorrupta est & pudica, Vnam domum nouit, Vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. Hæc nos deo seruat, hæc filios regno, quos generauit assignat. &c.*

*Habet quidem sancta* ROMANA ECclesia *in se fortes, infirmos: habet iustos & iniustos: &c.* Modo *enim corpus Christi est, quod iustis area, postea horreum erit.* Tamen *cum area est, non recusat paleas sustinere, & ut inquit* Hipponensis *Serm. 107. de temp. Cum tempus aduenerit, reponet triticum, & à paleis segregabit, Math. 25. &c.*

*Hæc quando sola militans & triumphans est ecclesia, semper in ea uiguit, inquit Augusti. contra* Donatistas *epis. 162. Apostolicæ Cathedræ principatus.*

*Hæc ergo, inquã, S.* Romana Ecclesia, *inuincibilis est licet omnis mundus aduersus eam pu-*

*gnet*

*guet: sola uictrix totius aduersæ impietatis exi-stit. Deuicit illa Diomedem, Lernam debellauit: Antæum subegit. Cerberum infernalem abduxit, Gerionē extinxit, (si uera dicunt Poëtæ de Hercule Tyrinthio) hoc est, omnes Hæretistas, cuiuscunq; generis, hactenus deuicit, prostrauit, stirpitus euulsit, auxiliante & opem ferente Lacertoso illo Magnanimo Alcidæ spōso, qui est* CHRISTVS IESVS.

Vide Eutropiū lib. 23 folio 327

Leo Iuda uincit.

RETECTIO RETINCTORM *Hæretistarum uenditantes sibi Apostolicæ ecclesiæ nomen.*

*Archetypus ille uerus Mosca, Soter: saluator: Qui nos stupendis modis è medijs orcifaucibus eripuit, dimissus in terram, (quod diu prophete desiderabant in lymbo & sinu Abrahæ, Esa. 16. 64.) infirmitate nostra indutus, (excepta culpa, non enim sordium nostrarū quicquàm omnino contraxit) quò esset amabilior & coniunctior nobis, (natus quidē homo sed neq; tamen Deus esse desiit) admonuit dicens.*

Pseudologia hæreticorum.

Eminētissima dilectio Dei erga figmentū suū

*Obseruate illos falso qui nomine nobis.*
*Insidias faciunt appellanturq; prophetæ.*
*Hos ouium species uestit, sed sæua luporum.*

*qui Cephas, tradidit. Quis non uidet nationem tam populosam, fortem, muris naturalibus cinctam, & tot seculis laudatissimã, huiuscemodi illecebrosorum præconum fermento undiquaq; corruptam esse? Causa est, quia corda illorum indurata sunt, quemadmodum de Gagate lapide scriptum legimus, cui si addas oleum durescit, sin aquam mollescit. Qui ob adsertam ueritatẽ scilicet, non corpora hominũ trucidare cõtenti sunt, sed illam perimunt etiam Animam amicam Dei, sponsam Dei, illud nobile inferorum spolium, illam, tanti laboris mercedem, illud sanguine Christi quæsitum præmium, pessundant, occidunt, deuorant. Dedecorantes sacri Pontificatus Maiestatem, denigrantes Veterum S. Patrum memoriam, conculcantes religionem Christianã antique ecclesiæ faciem iustam, & omnia cædibus, minis, flagitijsq; miscentes. Qui, ut inquit Paulus Philippen. 1. non propter uoluntatem bonam, sed propter contentionem Christum prædicant: Hinc acutus ille Mimi uersiculus, Nimium altercando ueritas amittitur, ij morose nimium ac plane, nodum in scirpo, ut ille ait, quærũt, suis argutiolis tendiculis, ac Chrisippeis laqueis. Volunt sedere super cathedram Moysi, & ecce opera Dathan & Abyron faciunt.*

Mira

*Mira semper effari uolunt, sed timent deprachē-di in mendacio, ideoq; inflatis buccis, & turgido gutture, dant sine mente sonum. Christus humilis, auritos phanesios illi repraesentant. Christus ieiunat, illi feroculi huius seculi filij in suo sterquilinio existētes, titulotenus Angelici, ferociā carnis minime supprimunt, & quicquid circū praecordia ludit, inconsiderate euomunt nulla charitatis, honestatis aut pietatis habita ratiōe, omnia sub Euangelij & mitissimi Christi praetextu intereunt, ruunt, pessundantur, non secus ac foeda quadam tempestate inuoluta & subuersa, quū interim tamen omnes culpam à se amoliri, innocētes uideri contendant: ita ut plane Homericus ille ὄυτις omniū malorum causa sit: ij marmoreas domos sacras diruunt, & reponūt latericias. etc. In Lege adorabatur Solymis solus Deus, nūc idololatrarum exemplo lucos & fana sibi pro libidine erigūt lychnobij. Hi suis concupiscentijs addicti, relicta fide Christi & ecclesiae, traditi sunt in reprobum sensum, falsum cultum amplectuntur, charitatem ueritatis non recipiunt. Leuiora fuerunt hactenus uerba eorum butyro, sed certè,*
Psal. 55. *certè, belligeratur cor eorum. Molliti sunt sermones eorum super oleum, & ipsi, Gynecratumeni, sunt iacula. Miserunt manus, suas in pa-*

*cificos*

*cificos suos, contaminauerunt fœdus suum, &c. Ostende quæso bellum à 100. annis & circiter, in orbe christiano gestũ cuius non fuerit aliqua ex parte author* Hußitarum *hæresis? O quot pios religiosos absorpsit noctu* Moltawa: Tamesis? *&c. quot clam carceribus enecati? quot ueneno sublati, exusti ignibus, laqueis præfocati aut gladio cæsi? hac sola causa, quòd unum* Christum *seruatorem ac mediatorem, adeoq; authorem salutis, huiusq; unicam spõsam, sanctam* Romanam *ecclesiam matrẽ, aut docerent, aut confiterentur? Christus obseruauit quam elegit matrem: prurientium aurium fricatores (sic uocat* Paulus *ad* Ti*tum illecebrosos præcones) detrahere moliũtur, ac si esset agraria ancillula. Scenici illi uel* Leberi *de ceciores ad uulgi plausum theologiã cõparant, (quod profectò magis deplorandũ, q̃ insectandum est) uarijs exponẽdi institutis, ceu labyrinthis excogitatis, illam antiquæ theosophiæ gloriã obfuscãt, extinguunt, execrantes ceu toxicum* S. Ec*clesiæ authoritatem, populoq; proponunt corruptam, bella mouent. Christus zizaniam stirpitus esse eradicandam ex agro dominico censuit: Illi, (quos non litteræ, acto. 26. sed* Furiæ *consumũt) suis fallacijs ac uersipellis astutiæ fraudibus, mordicus tenent pertinaciterq; defendũt sua dogma-*

*ta*

*sibi arrogat, non uerū panem proponit, sed fascinationis & illusionis mendacium seminat: Petaurista, non euangelista: Pantinomus, non Apostolus. Gelasinus non sacerdos, habendus est. &c. Laborant ambitionis morbo, aliud in ore sonat, aliud in pectore clausum latet: Amicitias & inimicitias non ex re, ut Mantuanus canit, sed ex commodo sibi habent: terram cœlo miscent. Sacra prophanis confundunt. Qui non philosophiam, sed philochrematiam (hoc est, amorē pecuniæ) spirant: ij sunt Nemrothici illi feroces, quibus antiqui clamitant uates: Gens antiqua atque peruersa, hæccine sunt quæ Deo reddis popule stulte & insipiens? Et alibi. Statuerunt oculos suos in terram declinare. Et Hieremias. cap. 8. Quomodo, inquit, dicitis. Sapientes sumus, & lex domini apud nos est: profectò mendaciter legit stylus mendax scribarum, pudefacti sunt sapientes, expauerunt, & capti sunt. Ecce uerbum domini reprobarunt, quæ ergo illis sapientia reliqua esse poterit? Manus uestræ pollutæ sunt sanguine & digiti uestri iniquitate: Labia uestra loquuntur mendacium, & lingua uestra peruersitatem concinnat. Pedes ipsorum ad malum currunt, & properant*

ad effundendum innocentem sanguinẽ: cogitatiões eorum cogitationes sunt uanæ, uastitas & cõtritio in uijs eorum. Viã pacis nõ cognoscũt, neq; est iudicium in greßibus eorum. Semitas suas sibi sic deprauant, ut omnis qui per eas trãsit, nesciat pacem, &c. Nondum tria lustra exierunt quãdo Heidelberge præsente clarißimo uiro Iohañ. Hermanno Iurisconsultorũ consultißimo, et meo symposiarcha; (cui sæua parca maligna manu filium abscidit.) Quidam iactabundus præco sui uerbi, gloriabatur: Nihil diuitiarum petimus, ut uos Papistici Giezitæ, Paulino tantum more uictum & amictum ad sustentatiõem exhausti corpusculi, facultates caducas, Euangelici, minime querimus, &c. O impudens ὑπερβολὴ; blandicellum commentũ, et Homerici polyphemi figmẽtum apertißimum, experientia certe hodie contrarium docet, quando sub fraudis fuco pseudomystæ aliena ad se trahunt, absit uerbo inuidia quando semel τὴν λεοντὴν induimus. Apostoli prædicarunt Christum inter gentes, Mar. 16. Illi domi testudinis instar degunt: cõcilia œcumenica respuunt: Quæ ex proprijs cerebellis fingunt audacter pontifici, Cæsari, Regi suo catholico & cæteris omnibus christianis regibus opponunt. Duabus sellis insident, semperq; aquæ inherent.

In

*In sabulum ædificant. In uentum loquuntur. Paulinos se gloriãtur & nihil minus sunt. Nec in solido consistunt unquàm, tanta utuntur fluctuatione & inconstantia: Sed ut Perillus qui Phalaridi taurum donauit æneum, sic illorum mala consilia interdum in caput redundant. Et sicut spongijs adeo tenues sunt sensuum notæ, ut multi dubitent animalia sint nec ne. Ita illorum is cultus est, is sermo, ea uita, ut dubites christiani sint, an ethnici. Christus ecclesiam orthodoxam Petro commendat: Euangelici, scilicet, tartarea furia persequũtur Sedem illam Apostolicã, successionem illam longissimam & antiquissimã cachinno excipiunt, docentes* διεςραμμένα, *id est, distorta, obliqua. Christus mansuetissima & melliflua doctrina conuertit peccatores nemini maledicens. Illi non ore sed digitis loquuntur, (suis thematibus* οὔδε γῆς οὔδε οὐράνου ἀπτομένην*) mira uocum contentione, uultu multiformi, saltantibus pedibus, lasciuientibus lũbis pleuriticorum more, ac si essent spastici, mesochori, cheironomi, seu lyenteria correpti, & prorsus* cohobba*(callecutij uocant Betole) inebriati: seditiones, tumultus, conspirationes, ad plebeculã in ergastulis & latebris proclamant, haud secus ac solent ij, quos medici secant, aut cauterio*

Id est, neq; celũ neq; terram attingentes.

Herba in nouis insulis inebrians.

*adurunt, ac si omnem humanitatem exuissent pyrobolarij. Circulatores plané agunt, Omnemq; Timonianam amarulẽtiam Vatiniano odio in unctos domini euomunt, addunt oleum camino: uolunt extrahere festucam, & trabem in oculis suis obliuiscuntur blasphemi: Hæc inquam, & alia multa huiusmodi pacato serenoq; uultu é podijs suggestiolisq; turbæ simplici mirabundæ suadent, recitantq; pro sacro, ác si esset ex Tripode dictum. Suos consectaneos plebis expilationes, usuras, rapinas, lenocinia. &c. meditantes, lactant. Eos qui suis opinionibus non subscribunt execrantur cruenti Martialistæ. Fronte lingunt, á tergo pungunt. Altera manu panem ostẽtant, altera lapidem abscondunt: in fronte pietas, in recessu hæresis & hypocrisis: Fidei antiquæ religio relinquitur, doctorculorum somnia recitantur. Paulum citant Apostolum, & Paulum agunt Samosetanum. Qui nulla alia causa sanctis patribus iniqui sunt, nisi quod eorum religione obscurantur. Querunt Iesum nõ propter Iesum: De quibus Augusti. super Ioan. tract. 4. Quid est, inquit, sua quærentes? non Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda sectantes, lucris inhiãtes, honores ab hominibus appetẽtes, quisquis*

*ergo*

ergo talis mercenarius est inter filios se non cō-
putet. &c. hæc ille. ij luxu perditi, palatū queād.
dixit Cato, sapientius habent, quàm mentē. Rapa-
citatem ipsorū, plusquàm Verrinā, experimur.
Mollitiem autem & uoluptates, an aliquis igno-
rat? Et sicut Helena Troianis exitiū. Sic hi pestes
perniciosæ, & fluctus feri maris, despumant
suas confusiones, q. d. apertè illud Esai. posuimus
mendacium spem nostrā. De quibus Ezechiel. ca.
13. Quasi uulpes in deserto tui prophetæ erant.
&c. Christus homines seruare docendo studuit: Ambro. in Euan. Lu. li. 7. cap. 9. comparat hæreticos uulpibus.
Auitæ religionis desertores perdere armis ni-
tuntur, plebis animos offendunt: uino huius glo-
riæ mundi soporati sunt. Euanuerunt in cogita-
tionibus suis, & obscuratum est insipiens cor
eorum: sacrificia eorum, inquit Hosæas cap. 6.
tanquàm panis luctus, omnes qui manducant ea,
contaminabuntur: ij Cum Effraim, Israël & Iu-
da, à ueteri cultu recesserunt ad Aegyptum, hoc
est ab ecclesia ad Synagogam. De quibus Andre-
linus canit.

Ne pura explicitæ credas sub imagine fronti.
Raptorem occultat pellis ouina lupum.
Exteriora gerit qui simplicis ora columbæ,
Interiora uafre pectora uulpis habet. &c.

Subintroierūt cōtentiosuli flexipedes propter

*uanam gloriam prophetantes quæ Spiritus sanctus non suggeßit: Qui audent scribere, quæ omnia aut hæretica aut apocrypha sunt, ne quid in ecclesia inconuulsum aut incontaminatum relinqueretur. Ponunt studia sua, inquit Oseas cap. 5. ut reuertantur ad Deum suum, quoniam Spiritus scortationum est in eis, ut dominum, comatuli, non agnoscant. Mendaces in ore omnium Prophetarum, 1. Reg. 22. Qui è theologia nihil aliud fecere, quam illam Græcie hircissantem anum, & prorsûs cenologiam. Et quemadmodum qui pruritus titillatione acti, nimium scabentes sanguinem eliciunt, ita isti dum nimium indagine laboriosa scalpunt ueritatem amittunt: (ego de induratis & declaratis hæresiotis loquor, non de doctis & uere Euangelicis christianis, quos plurimos habet patria, quorum nunc nominibus parco, satis enim noti sunt suis titulis ac monumentis.) Hi abiecto pudore, longe lateq; depopulati sunt, ac semen quod in terram mirifice fœcundam ceciderat, penitus euulserunt, in peßimæ & astutißimæ uulpis modum, uineam Engaddi, zorecq;, utranq; illam electam uineam domini Dei Zebaoth perdiderunt, totumq; agrum sanctum tam pulchris redimitum floribus & Chri-*

*sti*

*sti tam bono odore fragrantem, ut longe præcelluerit odores Iaacob filij Isaac, nardi, unguentorum, florentium uinearum, mirrhæ, Balsami, mandragoræ, suauißimiq; thymiamatis, infecerunt. Putant se esse pseudoapostoli.* ανδρωποδοῦλοι, *templum Dei, & cum magis destruuntur amplius reædificari confidunt, nescientes quòd ipsi sunt Dagon, 1. Mach. 10. Bestia & Iezabel Apocalyptica, pseudochristus &c. Antea quum Authoritate ecclesiæ premerentur, exibilabant ecclesiæ uocabulū: Nunc intellecto rei precio, ecclesiā, ecclesiā, ecclesiam, paßim ipsi quoq; sonant. Italiam quasi Gomorrham hactenus sunt detestati: nunc eheu omnes Gomorrhæos multis parasangis superant. Nullus tragœdiarum uestrarum zythobibuli Hußitæ, finis apparet, immò magis magisq; cum illa uestra inconstātia ac leuitate histrionica & scurrili, peßima queq; emergunt. Ex quorum officina tot portentosæ hæreses, ueluti ex equo Troiano prodierunt & occupant, horresco referre, ita siquidem omnia fabulis Democriticis, conuicijs, contumelijs, minis implent, ut præter impudicam linguam parum eis uirium esse appareat, qua una in re ita perpetuo (homines alioquin inconstantiß.) omnes sibi con-*

Id est, hominibus seruiētes.

 *stant,*

*ſtant, ut nemini dubium eſſe poßit omnibus eundem eſſe Spiritum: & ubi ſacras literas in medium adduxeris, ipſi ſtatim uafro uerboſitatis commentario, in ſuum torquent ſenſum. Vbi autem ſuperficietenus literas habent ipſi, omnia clamoribus implent inuictum eſſe uerbum Dei, nullo opus eſſe interpretamento, ſacras literas de ſe apertiſſi. eſſe, hominum commentaria & gloſſas non eis lucem adferre, ſed tenebris eas effundere: Inſuper quando ſacra concilia & ſanctos patres cum eis ſentire uidentur, tanquàm inuictam manum in fronte exercitus collocant. At ubi cum eis pugnant (quòd fermè ubique fit ut oſtendimus) homines eos fuiſſe & turpiter erraſſe aſſerunt. &c. Strenue quidem clamant in luxum ſacerdotum, in ambitionem prothomyſtarum: In tyrannidem Romani pontificis: in garrulitatem ſophiſtarum, in preces, ieiunia, & Miſſas, nec iſta purgari uolunt ſed tolli, nec omnino quicquàm in receptis placet, ſed zizaniam euellunt cum tritico, aut ut melius & clarius cum D. Eraſmo Roterodamo, qui pro ſua menſura certè non parum adiuuit herbeſcentia per Germaniam ſtudia, concludam, triticum pro zizania euellunt. &c. At quid interim nobis*

Roterodamus noſtras partestuetur.

*pro-*

proferti[?]s, lychnobij, melius seu dignius Euāge-
lio? proferant mihi quem ipsorum dogmata seu
Euangelion, ut ipsi uocant suum, ex feroci man-
suetum, ex rapaci liberalem, ex cōmessatore so-
brium: ex maledico Philopoleno benedicum: ex
impudico reddiderit uerecundum, & audiamus:
sunt equidem multi seipsis deteriores effecti. Ex-
cussæ sunt è tēplis Econculæ, sed nihilosecius co-
luntur in animo uitiorū idola. Nec uideo quo cō-
silio Bustirapæ Iconomachi tanto studio demoliti
sunt Icones, nisi ut esset conspirationis symbo-
lum. Excussum est humanarū constitutionum iu-
gum ab Hæresiotis: Sed ubi sunt qui ceruicem
submiserunt suaui iugo domini? Excussæ sunt
præces solennes, at iam plurimi sunt qui nihil
prorsus orant, quum frequens puraq; oratio
sit sacrificium maxime proprium pijs. Abie-
ctus est cum ieiunijs ciborum delectus, sed in-
terim gnauiter indulgetur crapulæ, quæ dæ-
monum uehicula sunt, & ita quidem effuge-
runt Iudaismum, ut cœperint esse Epicuræi.
Breuiter. Quadragesimale ieiunium ab-
rogatum est: Saturnalia Lupercaliáue &
Nyctileia, (Lupercalia Lycæo Pani in mense
Februario olim à nobilissimis Romanorum iu-
uenibus celebrabantur.) mordicus celebrantur,

*nnuquam polyphagia, & polyposia frequentior. Silent pie docentium ora: resoluta uerò est quæuis blasphema lingua. Prophanata sunt sacra, quæ dudum dixit Basilius Episto, 63. 69. & 70. &c. tædium boni operis, ferè irrepsit: feruor cooperandi opera fidei, tepuit. Omnis mora in sacris, illis molestissima, at in conuiuijs aut in spectaculis ludicris nulla satis longa est: Nemo in his dormit, nemo frigus aut æstum caussatur. Adeò, increuit malitia super terram. &c. Abiguntur pastores, & dispergitur grex. Altaria cultu spiritali uacant. Nulli amplius christianorum cœtus: Nulla amplius doctorum præsidentia: cessarunt doctrinæ salubres, cessarunt panegyres: hymnodie nocturnæ non habentur: Neque superest beata illa exultatio, qua domino credentium animæ in synaxi, ac communione spiritualium charismatum exhilarantur. Vbi sunt, qui se castrant propter regnum cœlorum? Vbi sunt, qui relinquunt uxores suas propter Christum? Qui dant eleemosynā sua omnia, & sequuntur Christum pauperes uoluntarij? Solus nunc sapit qui uulgo placentia prædicat: desipiunt cæteri unà omnes, tàm hic militantes quàm in cœlo triūphantes: Soli, inquàm, Αὐτόχειςοι sapiunt, os orthodoxis*

*occlu-*

occluditur, calamus zeloſorum illiditur, &c. Profligatus eſt Monachiſmus, ſed utinam cum cucullа ſimul excußiſſent uitia, quæ huic hominũ generi dicũtur eſſe peculiaria: De quorũ luxu, aſotia, libidine, Horatius

Nos numerus ſumus, fruges conſumere nati
Sponſi penelopes, nebulones, Alcinoiq́;
In cute curanda plus æquo operata iuuentus:
Cui pulchrũ fuit in medios dormire dies: et
Ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam.

Quis obſecrò, ô Ciniflones Hußitæ abiecta hypocriſi ueram pietatem amplectitur toto corpore? Quis, quæſo, uidit in ueſtris contionibus quenquam pro peccatis ſuis fundentem lachrumas, tundentem pectus, aut ingemiſcentem? Iam quãta pars conſumitur in laceranda cleri uita? Hodie Apoſtoli habẽtur, qui ſaltem egregiè eccleſiam Romanã, hoc eſt, omnes ſalutares ritus, cõmunem omniũ ſanctorũ profeßionem poſſunt ſugillare. &c. Hi ſunt qui ueteres illos pietate uerendos Apoſtolicos uiros, eruditione ſpectabiles, moribus inſignes, auctoritate conſpicuos, atq; miraculis claros, aſpernari non uerentur: Qui ſerunt dogmata, à ſalute aliena, à recta fide deuia, & ueritatis expertia. &c. Qualiter Impij bilingues lychnobij: Feliciani Monaſterienſes.

Irenæus. Scripturas quidem cõfitentur ſed interpretationem conuertunt.

*sces mortuos deuorarint, atq; eis probibuerint gratiā, quomodo sanctorum suffoderint monumenta, reliquias subuerterint, despuerint & ridiculo habuerint ecclesias, tumultauerint, in cāpis statiunculas, ne quis peregrinans passionis domini cōmoneretur, lapidē Iacobi, Gen. 28. saxum Iosue, Iosue 24. cūctos lapides testimonij, uota in uniuersum omnia, cōminuerint, crucifixi domini statuis laqueos collo iniecerint, &c. quādo illa omnia, pro dolor, omnibus planè perspecta sunt, filum hìc abrumpam.* Huiusmodi *autē catorthoses seu correctiones fieri permittit erga suam ecclesiam deus ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes, quod præsertim hoc nostro seculo palàm est cernere, tot hominum millibus ab ecclesia catholica deficiētibus.* Quo*rum occultæ quondam cogitationes nunc palam in operibus manifestantur.* Q*uàm fuerint, inquam, multorum cogitationes absconditæ iam patet, plerique etenim qui humanis coniecturis ante hos annos religiosiores cæteris putabantur, nunc, eheu, cadunt primi,*

Cernit deus omnia uindex.

Deus *sane, non homo, renes & corda perscrutatur.* Itaq; *qui se existimat stare, 1. Corinth. 10. uideat ne cadat, & quidem uas electionis ad huiusmodi occultorum cogi-*

*tatuum*

tatuum manifestationem necesse dicit esse ut & hæreses sint, ut qui probati sunt, inquit. Manifesti fiant in uobis. Gentes apostatrices alloquitur dominus Ezech. cap. 2. &c. Sed ad institutum. Excussa est obedientia, sed ita, ut ne impijs quidem magistratibus pareatur: primis temporibus Christifideles sub ethnicis & prophanis principibus quiete uiuebant, studiose cauentes, ne quam conspirationis occasionem darent, exhibentes honorem cui debebatur, uectigal cui uectigal, tributum cui tributum, stimulabant suos ut idololatris etiam magistratibus, obedientiam & timorem præstarent, pro illorum incolumitate flexis poplitibus iugiter deum deprecabantur: At iste populus, etiam Turcarum principi hodierno Tsuleimanno maxime detestabilis, quem ait conspirationi natum, Quos subinde tumultus mouet? quoties quàm leuibus de caussis procurrit ad mauortia arma? Initio tantumnon deus erat uobis. N. nunc uobis philænus prorsus delirat, quòd nouã de eucharistia dogma non recipiat, Nunc circũspice, pie lector, plebeculam istã, Baalamitas, priapistas, libidinosos anabaptistas, quot, quæso habet adulteros, quod temulentos, quod aleatores, quot decoctores, quot uitiorum lerna

infa-

*infames? agnoscis, opinor, quas fabulas effutire possem. sed nolo apertißima referre, nolo infundere oleum camino, quemad. uos catabaptistæ soletis in uestris latibulis. Si uos ergo offendunt uitia Christianorum, ostendite nobis uestræ ecclesiæ specimen, quæ sit absq; ruga, & audiamus illã. Quòd si nostra scelera cõmeruerunt furorem domini, solet ille per* Pharaones, *Antiochos, Cyros,* Nabuchodonosor*as flagellare suos non per uiros angelicos quales haberi uultis. Confitemur, proh dolor, cõmeruisse ecclesiasticos in* Romana *ecclesia atrocißima queq;, et omnes nos iudicio quã misericordia digniores accusamus: Neq; tamen spes confundit, Si flagellũ Altitonantis estis uos cum Attila filio* Mundzucci*: uel zischa: uel* Monetario *: uel* Leydano, *uel* Hunis *inquam aut* Vuandalis, *fiat uoluntas domini, attamen post tenebras lux, serena dies, post nubila phœbus. Qui seminant in lachrymis*
Psal. 125. *in exultatione metent, &c. Si uerò uos, thrasones* Nenroithæ, *motu & impulsu proprio uenistis ad explenda desideria cordis, proq; gloria nominis uestri, uobis erit finis pestilensiosior futurus, cum scriptum sit, Esa. 10. Væ Assur uirga furoris mei. Et: Qui accipit gladium, scilicet uiolenter, gladio peribit. Quid uobis pollicea-*

*mini*

*mini nescio: mihi rerum proœmia, progressus et*
*omnia signa, nihil aliud pollicentur quàm cala-*
*mitosum luctuosum exitum: & infelicē Cata-*
*strophen. O innocentiam, ô libertatem, scilicet:*
*Quis iußit uerbum illud Viuificum, Iohan. 1.*
*contra ecclesiam sponsi defendere? Imo quis non*
*intelligit, non Euangelion uos, ô priapistæ libi-*
*dinosi, sed huius prætextu Craterion quærere?*
*& quam uos uobis innocentiam arrogatis? To-*
*leraturi ne uos eratis, si qui de partibus uestris*
*contra uos confœderati sturnatim & glomera-*
*tim conspirarent? ac inuitis uobis omnia sub ma*
*gistratu uestro subuerterēt? et quid Imperator,*
*(qui gladium portat, Rom. 13.) & Rex uester*
*catholicus, Hußitæ, cū imperio, si quod malum*
*arcere non debet, & quod bonum tueri? Rupe-*
*runt fœdera, nō qui resistentibus resistūt, sed qui*
*priores inuadūt, inquit Thucydides. Sed dicitis,*
*iactāter tamē, uestros pugnare pro uerbo Chri-*
*sti, cum contra reuera pugnetis & contra eccle*
*siam: atq; adeo contra patres uestros, qui ut fie-*
*retis Christiani, authores uobis extitere. Quis*
*queso ab ursis istis, lector, & lupis seu Harpyis* Ann. 1416. incipiēs.
*securus delituit? Nemo elapsis aliquot annis, à*
*facie illorum se abscondere potuit, ne quidem*
*Carthusianus, aut in cellula uirgo uelata monia-*

*lis*

*lis: sacerdos in domo dei, aut in desertis heremita, quin uniuersi contempti, despectui habiti, irrisi, contumelijs adfecti, atq; probris, salibus conspersi sint? Quosdam tantumnon coxerunt: alios fustibus cecidere, torruerunt prunis tertium, reliquos in exilium miserunt.* Nemo *Mammonistis illis apostaticis sufficiens aut sat doctus fuit, patres nostri gelasini, agasones fuerunt imo pueri: Sapientia eorum atq; uitæ integritas sub scamnis detrusa sunt. Academia nulla altiloquos habuit uates, una* N. *dempta.* Illic *ecclesiæ columnæ, quemad.* Iacobus, *Cephas & Iohannes:* Gala. 2. *Papam antichristum conuitiati sunt.* Integerrimus *etiam* Hadrianus 6. PP. Germanus, *patria* Vltraiectinus, *ann.* 1522. *fœlicis recordationis: post mortem quoq; opprobrijs oppletus est à nugiuendulis saginatis.* Iohannem Chrysostomum *quidam loquaculum nugonem uocauit.* Erasmum *appellant quidam* Lucianum, *quidam atheon diagoram. Alius uocat ueteres scriptores Aegyptias ranas.* Aurelium Augustinum (*scribit* D. wicelius) *ceu unicũ* Euãgelicũ *cõmendant. &c. At quæso, quid uobis cũ* Augustino *commune?* Liberum arbitrium *ille statuit, uos plane negatis.* Ille *uocat* Iustitiam, *bonã uitã, idq; cum aliâs, tum in libro de* Iustitia

*per-*

perfecta: Vos secus. Ille orthodoxe sentit de operibus: uos haeretice. Ille probat sui temporis Monasteria, quibus regulam tradidit, sicut & Basilius: At uos ea execramini. Ille seruat Ceremonias serio, uos ea cachinno excipitis, aut pro ludicris habetis. Ille negat infantes credere Vos affirmatis. &c. Sic & cum alijs dissentiũt: Dionysius Areopagita sancti Pauli auditor, ac Hierothei discipulus in lib. de eccl. hierarch. ca. 7. sex sacramenta ponit, quanquam sanctus Epiphanius etiã septimũ addiderit. Ipsi uerò nõ nisi tria, imò pro usu scripturae non nisi unũ esse garriunt, & tamẽ in his dissentiũt. Docuit idem diuini Pauli discipulus lib. eccle. Hierarch. ca. 5. ritũ consecrandi praesulis, & sacerdotis, atq; ministri: Ipsi uero nos idola uncta uocant, & quod peius est, absq; ordinatione constituunt idiotas sedentarios. Supercaelestium rerum perscrutator egregius inter homines angelos dicit esse sacerdotes: Ipsi uerò catholicos mystas idololatras uocant. Petro primatum negant, & hunc scilicet Petrum Dionysius supremum decus & antiquissimum theologorum columen in lib. de diuinis nominibus ebuccinat. Vbi sacra illa exomologesis etiam Apostolorum temporibus in usu fuisse deprehẽditur

Dionysius ann. dom. 96. primus Parisiorũ episcopus

Epip in tracta. de laude eucharist.

Scribit Rob. Ganguinus Michaelem constantinopoli. Imperat. 5. dionysij libros ceu μνημοσυνον an. 823 Carolo magno transmisisse.

Ipsi

Ipsi non solum confeßionem confundũt sed uerba ad Apostolos dicta de ligandi soluendiq; potestate sic torquẽt, ut uelint ea dũtaxat de fide posse ac debere intelligi. Sanctorum canonizationẽ pulcherrimo ac religiosißimo ritu temporibus Apostolorum fuisse tradit Dionysius in 7. cap. hierarchiæ ecclesiasticæ. Illi uerò sanctam illam consuetudinem in Romano illo pontifice omnino rident ac detestantur Simili uesania Tertullianum blaterat Argutulus quidam, hominem mendacem. ineptum, & frigidum fuisse &c. Verùm ad institutum. Episcopi cuncti nosq; sacerdotes omnes Idolum Iustitiarijs illis sanctulis sumus. Nemo sacerdos, inquàm, (quod Paulus scribit. 1. Timo. 5.) duplici honore dignus ipsis est: Iustum'ne id est aduersus clarũ euangelion, multaq; libertatẽ assuetudine totũ deponere exturbareq; sacerdotiũ? Quãuis enim Iudas unus inter Apostolicum senatum, Ioan. 19. Ananias unus, act. 2. Symon, act. 8. aut alter in ecclesiam irrepant, ob id ne Apostoli cũcti, ut alibi diximus, fugãdi sunt & lapidandi? An quia rotula una in fenestra rotata destructa est, rotulas reliquas omneis, atq; totam fenestrã cõminuamus? Non sic impij nõ sic, &c. Porro quid attinet hic immorari longius? acutulorum enim Vanitates

& era

*& errores, columbinam simplicitatem, scilicet; si calamo explicare possem, non caperent omnes pelles Madian (Qui tanquam Nadab & Abiu. Leuiti 10. alienum ignem ad altare dei offerunt: Sed cum Hieroboam, 2. reg. 14. aliquãdo daturi pœnas) Cum planißime dictum sit: Omnis hypocrita nequam, & uniuersum os locutum est stultitiã: Extrinsecus sepulchra dealbata. Math. 23. &c. Scio quidem hæc impium catabaptistam lychnobium libidinosum irrisurum esse: at non mirum, nam & furiosi morbum & confusionem suam non agnoscunt. Verùm qnid ego, uel minimus, illi cui nihil orthodoxi? proferat ergo iuxtà placitum consectaneus quidquid libuerit, sexcẽtis possum adhuc paradoxis obuiare, Hercules olim aduersus hydram Lernæam & cancrum congressurus, coactus est alienam opem implorare, qui solet opitulari cæteris, Ego unus cum tot monstris dimicans, ijsq; subindæ nouis exorientibus, quid faciam?* Hesai. 9.

*Hæc sat erit lector tibi me retulisse benignũ.*
*Nunc redeo in sedes unde reuersus ego.*

*Vos igitur maiores populi, Nauarchæ, quibus orbis conditor, dominantium dominus opt. Maxi. gubernacula huius ingentis naui-*

gij credidit, & qui praestis torporem pellite: expergiscimini, imò tot tamque crebris concussionibus iam diu experrecti, inspicite in ineuitabilem necessitatem: laborat ex omni parte uastissimis fluctibus mirũ in modũ iactata nauis ecclesiæ. Reuoluite annales, & uidebitis peiora non irrepsisse in orbem. Attendite uobis & uestratibus: (sæpe est olitor ualde opportuna locutus) considerate uestra culpa ecclesiam Christi Augiæ stabulum penè referre, Satagite eam quàm primum expurgare, ne irascatur dominus, & pereatis de uia iusta. Zelum sanctum induite: Diligite cum Regio Propheta, decorem domus domini, ne nobis & uobis exemplo Iudæorum malum, quod & 1. Corin. 10. uidemus, contingat. Vestrum est abusus corrigere, & ecclesiæ prospicere: Gladius prothomystarum non sit cruentus, sed sit uerbum dei, sint lachrimæ. Errores, & cacoethes anathematis flagello castigate, 1. Corinth. 5. Mittere manus ad aratrum, & retrò respicere, agricolæ infelicis est: Vos, inquam, Naturæ in terris, iuxtà Herodotum, simulacra estis. Et nullus est quem oporteat, uel plura uel meliora scire quã principem, cuius doctrina debet omnibus prodesse subiectis. Sic Menander.

Imago

Imago, inquit, animata dei est rex, & Cicero lib 1. de diuinatione. Regale est sapere & diiudicare. &c. Cognoscite tandem deo uos rationem reddituros propter ecclesiam. Quæ una est periclitantum animorum portus & asylum adflictæ conscientiæ solatium: Hanc à Christo tuendam suscepistis. Ibi sit omnis uestra cura, omnis cogitatio: omnis labor, præcipua spes uitæ æternæ: Tales extitere Maiores uestri, August: Ambr. Hieronij: Gregor. Constantinus: Gotfridus, Otthones, &c. qui indefatigabili studio ecclesiã Romanã amplìauerũt, nimis longũ esset recensere singulos, annalia Maiorum locupletissime cõtinẽt, ubi potestis imbibere. Vestrũ esto iudiciũ, quã irreuerẽter ne dicam impiè de diuinis literis sentiãt miseri Hæresiotæ, nusquã nõ hallucinãtur, Partiũ scripta illud testãtur, et quiq; doctiores uiri suis cõfutationibus dudum ciniβis comprobant: Exemplum epistola Iacobi, quæ nunc illis stramentia reijcitur, nunc aurea suscipitur. Diuis ipsis nunc audent obloqui nunc eosdem laudant. Petromastiges elapsis aliquot annis affirmauit expiatorium, mox eadem reuocauit. Simili uesania etiam in sanctorum profeβionem catholicam & sacrosanctã eorum monumenta, sibi uirgam censoriã sumunt,

Factiosi diuersis opinionibus ipsimet pugnant.

*hæc probando illa carpendo, &c.* R*eſpiſcite ergo & æquitatem & æquabilitatem è poſtliminio reuocate.* A*ttendite lupum.* A*perite oculos: & tot ſcismatarchas uiros cernite:* A*rrigite aures: & tot ululatus luporum, & tot fremitus leonum audite: manifeſtatus eſt lupus, patefactus eſt errorum labyrinthus.* E*xpergiſcimini tandem, & ut inquit* E*ſaias ca. 56.* eſu zedaka, *hoc eſt, facite iuſtitiam,* H*oſtis diabolus eſt, cuius ſatellites certè certè omnibus neruis intendunt, ut uel arte uel ui ſua, zion capiant, deſtruant, ſubuertant:* M*ementote* A*rrij:* N*eſtorij:* S*abellij. &c. hæretiſtarum, quorum dogma falſum primitus ſcintilla & fomes erat, ſed in magnam poſtmodum excreuit flammam,* R*eſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis à caulis repellenda, ne omnia putreſcant, intereant. pereant.* Q*uæ eſt, inquit* Hieronij: *iſta miſericordia, quæ iſta bonitas, uni parcere, & omnes in diſcrimen adducere?* M*ementote, inquam, quanta portio* E*uropæ ſit ablata prê dolore enumerare nequeo.* A*t quid laterem lauo,* A*ethiopum de albo, bouemq; ad* C*eroma mitto? multos enim regina* D*iſcordia ſopire fecit, ut cum pacificorum uenia loquar,* C*um*

nihil

nihil certe in quacunq; republica calamitosius atq; pestilentius sit quàm capitum disparitas, (ciuilem & intestinam seditionem eleganti carmine depinxit Arbiter Petronius) ex hac enim seditiones factionesq; exoriũtur, & ut scriptũ est. Regna inter se diuisa desolantur, quod Experientia rerum omnium magistra non uno docuit euentu: Etheocles & Polynices fratres concurrentes dissociatis animis forte in pugna, ambo mutuis uulneribus consumpti sunt & occubuerunt: Et certum est Turcas, tenuem, obscuram & barbaram nationem, e Scythiæ latebris prorepentem, nostris creuisse dißidijs, & hãc Imperij molem exedificasse. Nihil enim monomachijs & gladiatoria laniena crudelius aut immanius: Et quemad, θάλασσα πάντα τ' ἀντρώπου κακά (id est, eluit mare omniũ hominũ mala) ita bellum operit omnium scelerũ sentinã. Etiam Romanorum perijt splendor, discordãtibus inter se, uide Florũ lib. 4. Et Græci quãdiu coniũctis uiribus Rom. Põtificis authoritatẽ defendebãt, erãt inuicti: distractis autẽ animis, et in sua priuatim cõmoda respiciẽtibus, facti sunt præda tyrãnis, & ita pessundati, nullus ut hodie sit populus calamitosior, Caput enim et seges omniũ incõmodorũ dissensio et elata mẽs.

Capitum disparitas exitiosum malum.

Euersio Reipub. Romanæ, in diuisione Iulij & Pompei.

Ex diſſēſione cōtigit lapſus Luciferi, eiectio Adami ex Paradiſo, deſtructio Troiæ, &c. Petendū igitur à deo opt. Max. quā diligēter et aſsidue ut iſtiuſmodi ſeditiones atq; diſcordias, quas in præſenti ſeculo uidemus tanꝗ in ſpeculo, effugere poſsimus, (quoniā id à Catone ciuitatis uenenū uerißime eſt appellatū) et placida pax deſuper in orbē mittatur: ubi enim incōſtantia, ibi et cōtentio Iacob 1. 3. &c. Pacē docet Heſiodus à dijs procreatū. Bellū autē à gigātibus. Alecto, crimina belli ſerit, principes ſtimulis agit, fratres unanimes armat in prælia, funereas infert faces: odijs uerſat domos; uipereas inſpirat animas: Paci Phæbus præeſt comoſus, formoſus, Vates. Bello Mars terrificus, galeatus, haſtatus, deformis impius, unde Lucanus.

Concordiæ uis quanta.

Nulla fides pietasq; uiris, qui caſtra ſequutur.

Crates Thebanus ubiq; illud ſtuduiſſe legitur ut pacificis ſermonibus diſsidentes domus concordiæ priſtinæ reſtitueret. Pari conſilio diſsidentes fidei cauſas legimus ſuſtuliſſe D. Gregorium Nazianzenū D. Hieronij. Præceptorē. Cōcordia uerò unus idemq; mutuus multorum, qui alioqui ſunt ſtatu diuerſi, in uita moribusq; animus eſt. Proh deum atq; hominum fidem poſſunt'ne homines adeo eſſe immites; & ut

Concordia quid.

efferi

efferri sint magis, quā implacabiles feræ? Quis leo leonē iugulat? Quis usus ursinos fat⁹ rapit? Quæ tigris interimit tigres? At homines nūc in uicē dilaniāt. In bellis et luctifica discordia discūt homines sæuire, furere, insanire. In pace uerò bene beateq; uiuēdi rationē apprehēdūt. Breuiter: constat ex membrorū harmonia constare corpus. Subsistit ergo & principum fide & cōcordia Patriæ salus. Vnde quidam.

O proceres Latij: tuq; ô Germania fortis:
Et tu Papa sacer: Christi defendite nomen.
Inter uos pietas, sit pax, constantia firma.

Sed ad institutum. Vestrum igitur est Viri, eam fidem quàm à maioribus suscepistis ad sanguinem usq; defendere (tales presbyteros nutrit ecclesia, inquit Ireneus lib. 4. cap. 44. de quibus propheta ait. Dabo principes tuos in pace, & episcopos tuos in iustitia, &c.) nec quicquā immutare in ijs quæ orthodoxæ fidei morumq; sunt, quod à patrum uestigijs diuariet: & id curare, ut subditi, ab omni labe hæreseos sint immunes, sint cōstantes, sint dicto obsequētes eorū qui ecclesijs moderādis legitime præsunt. Meminerint principes cur gladij usum habeāt, cur illis relictus sit à Christo, à Iohanne, deniq; Esaia 60.

 à tota

*à tota ecclesia. O ecclesiæ magnates, qui à matri ce ecclesia stare cõtenditis, ipsam tãdem audite, quã si in hãc diẽ audiuissetis, nõ audiretis iã uobis insultãtes hæresiotas, quibus quod respõdeatis nihil habetis. Sectæ iracundæ quidem quiduis effutiunt, sed abusus uerè taxant. Conuertimini, conuertimini, idq; citißimè: attendite irã dei undiq; insonantem, & securim arbori appositã. Cõuertimini, cõuertimini, et uos ipsos reformate, dum adhuc pænitentiæ locus est. Audite & contremiscite Iudicis districti uerbum. Hie. 50. etc. Sed eheu, sicut cerui cũ arrexere aures acerrimi sunt auditus, cũ remisere surdi. Ita & nũc nõ parũ multi, qui uel Betho aëre craßiores, si quid arridet id procul etiam percipiũt, si quid secus nõ intelligũt, obsurdescũt: uter uẽto repletus cum acu pungitur flaccescit. Heroës, uestræ animæ luent, uestra corpora dependent in gehennæ flamma, si tot ac tam immanibus flagitijs, autoritate sæueritateq; uestra obuiam non ibitur. Aedictis, & diplomatis membranaceis nihil proficitur, nisi manum quoq; dei ministrã admoueritis.. Officium spiritus sancti est, ut fiamus ac simus Christiani. At per uos stat, ne simus aut fiamus propalam gentes. &c. Eiusmodi uerò, quasi funiculis peccatorum, ut*

Qui degenerandi pericula commonstrat, non derogat ordini, sed rem ordinis agit, Erasmus. &c.

*ut diuini uates testãtur, Mystarum:* Heroum: *atque Vulgi seu plebeorũ, peccata sunt compacta, ut difficile sit, de unius ordinis delictis inquirere, quin reliquorum simul ordinum peccata emergant: præsenti tempore luxata omnis disciplina: aruit meßis terræ,* Ioel. 3. Apo. 14. *&c.* *Malitia supra malitiam in dies horasq; accreuit:* *Trahit siquidem sua quosq; uoluptas.* Corruit in *plateis ueritas, tradita est ueritas in obliuionem,* Esa. 59. *&* Oseas cap. 4. Non est ueritas, non *est misericordia. & non est scientia* Dei *in terra.* Tempus *malũ est, inquit* Amos, *iustitia relictis terris in cœlũ aufugit &c.* Omnes *ferè se mutuo persequuntur:* Quis *enim ciuis non inuidet ciui?* Quis *plenam uicino exhibet charitatem?* Omnes *quippe à se, etsi loco non absunt, affectu absunt.* Hodie *puerascunt & per transennam conspiciunt non parum multi.* Hodie *ouium numerosa multitudo, pauciores ueri pastores, patres paucißimi.* Hodie *fallaces opes* Hebri, Tagi, *pactoli,* Gangis: *omnes ordines ferè excæcarunt:* Nemo *pias gazas, cœlestia munera, thesaurum æternum & inuetustabilem, dona beata, querit. &c.* Sic *ergo omnes ordines una oratio nis serie accusans* Hezechiel *uates ille altiloquus in persona domini loquitur.* Saçerdotes *eius con-*

Omnes ordines ferè Endimionis somnium dormiunt, claudicant. Esai. 1.

*tempſerunt legem meam,& polluerunt ſanctuaria mea, inter ſacrũ & prophanum nõ habuerũt diſtantiã. Principes eius in medio illius,quaſi lupi rapientes prædam ad effundendum ſanguinem, ad perdendum animas,& auare ſectanda lucra. Populi terræ calumniabantur calumniam: &c. hactenus propheta. Quæ utinã ad illa ſolũ tempora pertinerent, ac non noſtri quoq; temporis imaginem referrent. Et cũ ſcriptum ſit nobis,inquit Saluianus li. 4.ut omnia faciamus in gloriã Dei, nos è diuerſo cuncta in Dei facimus iniuriam. Cumq; ipſe ſaluator noſter ad nos quotidie clamet: ſic luceat lux ueſtra coram hominibus ut uideant opera ueſtra bona,& glorificent patrem ueſtrum,qui in cœlis eſt. Nos ita uiuimus è contrario, ut filij hominum uideant opera noſtra mala,& blaſphement patrem qui eſt in cœlis.&c. Hæc Saluianus. At hæc omnia prædixit dominus, dicens. Ecce percutiam domum maiorem ruinis, & domum minorem ſciſsionibus. Et alio in loco ſcriptura. Egreſſus eſt à filia Zion omnis decor eius, &c. Summa. Dilectio Dei & proximi nunquam frigidior: philautia, Cenodoxia, colacia, Tryphe nunquàm feruentior in omni populo, iacet cura præſidẽtium, friget ſtudium omnis ordinis. Sed reprimamus nunc uerba*

Vide Bernar.Hom. 33.et77.in cantica cãticorũ Salomonis. Ezech. 22. Eſai. 1. Pſal. 13. Iere. 23.

Amos 6.

*uſq;*

usq; ad tempus magis oportunum, Nam introductiones tantum scribimus. &c.

Ad duo Orbis Christiani Lumina, Paraclesis.

HOc pensa ô pontifex Maxume: praecogita pater Beatißime, qui uices Christi geris in terris, cuius interest tantas Christi iniurias & fidelium ulcisci. Moueat te diuina pietas, & miserere chriastianitatis tuae, qui scis & potes, cui ad nutum omnes christiani catholici principes, uindicaturi christianorũ iniurias (cõtra lunigeros Sarmatas) facile obtemperabunt, iacula praeuisa minus feriũt. Moueat te fides Petri, moueãt te dilacerata sanctorũ reliquiae, aedes sacrae euersae. Eccè, proh dolor, templa Dei, prophanata sterquilinijs sunt, Reliquiae martyrũ & aliorum sanctorũ iam cum Christo regnantium, cũ sanctißima eucharistia, aut porcis aut canibus obijciuntur, aut pedibus conculcantur. Iam sacra ecclesiastica disiiciuntur atq; proteruntur. Iam nulla statua sine singulari probro dimittitur. Basilicae euertuntur. Sacerdotum collegia fugãtur, cũcta maeror ingens ueluti diffusa caligo occupat, quandò omnia nunc sacra tanto turbine atque intemperie, summa cum ignominia christiani nominis,

*minis, ac maximo cum periculo* Romani *imperij miscentur.* Vbi *ecclesiasticæ disciplinæ uigor? Vbi canonum reuerentia, quando diuina, humana, sacra, profana, commixta sunt omnia? Vbi nunc syncere orthodoxi? Quis hæreticorum* Communione *se pollui existimat?* Sũma: *ex christianismo prolapsi filij tenebrarum in ethnicismum & Babylonismum. &c.* O *ignominia gentis christianæ, ô dedecus nostri nominis sempiternũ.* O *seculum illud infœlix: ô ferreum seculum.* O *detestabile uitium, resq; nunquàm audita.* O *nephas inexpiãdum.* O Lemnium *malum proh impudentiam impudicam.* Terris *tandem dij auertite pestem. Euigila ergo animo,* Heli *memento, qui in filios* Ophni & Phinees *negligens, grauem in se excepit ultionem, fractis ceruicibus, peremptis liberis,* Ablata Arca.

ἐπιφώνημα, quod in fine acclamatur.

*Præficitur pastor baculo munitus adunco.*
*Vt uigili erranteis lumine seruet oues.*

ET TV DIVE CAROLE *qui totius christiani orbis uel* Hyperaspistes *i. defensor es sceptiferus, haud dißimilis* Pelleo *magnanimo, seu* Cæsari *dictatori: te alloquor, & olitor aliquando opportuna locutus est, à magnanimitate enim*

Maiorum tuorum minime degeneras, sed ueluti hæreditariā accepisti uirtutem: Viuunt in te Imperatoris Maximiliani Aui uirtutes: Viuit, inquam, adhuc recens, & posteritate ipsa crescit proaui tui Friderici uiri forßimi memoria, Honestos ille labores, pro ludo habuit, terris iactatus & alto: uoluptatem & ocium non secus fugiebat (pestem teterrimam) ac Maximilianus. Quot hyemes sub pellibus egit Maximilianus, pius, fœlix, Augustus? quantis angustijs sua se uigilantia expediuit Fridericus? Quid obtinuit, quo non summa cum laude sit perfunctus? debent illa pectori tuo, Maxime Cæsar, infixa sedere: onerant aliâs te tuorū imagines, non illustrant, nisi quibus factis illi sibi nobilitatem pepererunt, ijs tu tuearis imagines eorum, et alas eorū titula. Huc te uocat generis tui Habspurgici claritas, huc patriæ pietas, aderūt fortibus ausis superi fauētes. Audaces adiuuat ipse Deus. In re honesta suus cuiq; animus Deus est. Sic sic itur ad cœlum. Maxima pars stadij tibi iam decursa est: hoc alacrius ad metam propera, quo propior es. Tuis humeris innixta est patria. Illi despondebūt animum, nisi eum præstiteris, quem semper esse iudicarunt. Hæc ruitura est si te subduxeris. Ardua est, iuxtè Hesiodum, uia, sed in uertice manet inæstima-

*æstimabile præmium. Vere regium, magniq; animi est, male audire, quum benefeceris. Asina per medios ignes succurit suo fœtui, & Imperator fortißimus destituet patriã periclitantem? cuius pars sunt & liberi? Eò ergo perge, nõ quo te reuocat mundus, sed quo te uocat Christus. An te remoratur difficultas, ubi cœlum promittitur? An dubitas de præmio, ubi promissor est Deus? Deus Opt. Max. hoc sanctißimũ propositum tuũ confirmet & adiuuet. Amen. Amen. Non autem hæc scribo, Potentißime Cæsar, quo te cessantem extimulem, sed quo sponte currenti calcar (quòd aiunt) addam. &c. TV hactenus hucusq; strenuißimus Athleta S. Romanæ ecclesiæ extitisti fortißimus Tu Cæsar: Imperator: Auguste* Cæsar mũdi dominus est. *dominus mũdi es iuxta l. deprecatio. ff. ad legem rhod. de iactu. cũ concordia textus in c. in apibus 7. q. 1. ac glo. in c. Ius quiritũ 1. dist. &c. Tu Africam pro maiori parte tibi, & fœdere uirtuteq; bellica, quod Heroum est, coniunxisti: uerùm etiam Aphricæ (aliàs Aphrodisium, hanc Mauri Mahadiam appellant.) Expugnator, anno 1550. Et ultra Herculeas colũnas progressus, (ut omittam extremas occidentales Indias nullis seculis ante cognitas) christianum nomen ad Ethiopas horridos & Indos, ad Nilum usque* De Aprodisii expugnat. Epigrãmata pulcherri. scripsere, Adolphus

*ad*

ad Gangem propagasti: Aequinoctialem tibi circulum latentem hactenus et furentem, atq; ardore solis adustam, antiquorum opiniõe, zonam, paucis exceptis, tibi parauit Deus, populis refertißimam, amœnam, huberem, fortunatißimam, auro & candentibus margaritis & conchis abũdantes. Te gallus: (anno 1525. huius prælij dies incidit in Natalem Cæsaris, 24. diem Febuarij, Ligur, anno 1521. Venetus, paulò post. Thuscus, anno 1555. horruit. Latium tremuit, anno 1527. Eodẽ anno tuas cohortes uidit maxuma septicollis (septicollim autem Græci ἑπταλόφον uocãt.) Roma. Ceruicem tibi submisit Saxonicus Dux Ioannes Fridericus, Septemuir: & Catthimelibocẽsiũ princeps Philippus, an. 1546. & 47. Cesserunt Mauri truces, Arabes: Numidæ: & niger Garamas cũ Hariadeno, anno 2535. Quãdo Muleassen restituisti: Et an. 1541. quãdo Argierã obsedisti, quamuis sinistrè successus respondent Dño Deo sic permittente ut hominẽ te esse agnosceres. Tua & Sororij tui Lusitani, uirtute bellica, uictis regibus, subacta est Canonora, uicti Cucini, & Calocuthæ: Malachæ regẽ, armis defensionẽ parantẽ tributariũ fecerunt tui triarij: & aũt Molucca omniũ aromatũ productrix, quã F. Magellanus primũ detexit: ut omittã interim

Meterchus Brugẽsis, & Consaluus Peresius.

Vide Pau. Ioui. li. 33. Nicolaum Villagagnonen. Michaẽlẽ Brutum.

*rim Badurių Cambaiæ regē. Mexicana Peruana, & Cuſcana regna. Perge in incepto fidei negotio, tibi enim datū eſt pacem placidā orbi mittere: Vomica, chironium hulcus, & phagedæna maturuit, res ad reſtim rediјt.*

*Quare te potētißime Cæſar, per luculētißimas maiorum tuorum imagines, per egregiā indolem, per ſapientiæ laudem cui ſemper ſtuduiſti: per Patriæ expectationem: per bene auſpicata laudum tuarū initia, obteſtor, ne committas, ut quum hactenus cæteros uiceris, à teipſo ſuperatus uidearis. Dij tuum propoſitum cōfirment, utere fœlicibus fatis: Breuiter. παντοίης ἀρετῆς μιμνήσκεο &c. Fer ſuppetias, obſecro, Luciferæ Dei eccleſiæ: ecce clamat ad te ſuum Eſdrā et Ioſue, ſubmittit ſeſe tuis pedibus: idipſum Deus ſponſus à te efflagitat, ratio ſuadet, Leges iubēt. en fundi noſtri calamitas, in Democriti puteo iā omnis ueritas deliteſcit. Fac ut refloreſcat priſca fidei ueritas, Nam murem in pera nutrire, q̃ tutum ſit, prouerbium docet: Anguis torpentem frigore herinacium domi ſuſcepit, qui calefactus extenſis pennis anguem domo pepulit. &c. Mentium efficacißimus transformator, dominus, erit protector uitæ tue & à quo trepidabis: Mittet tibi auxilium de ſancto, & de Zion tuebitur te.*

Id eſt, uniuerſæ uirtutis memento.

Tri-

*Tribuet tibi secundum cor tuum, & omne consilium tuum confirmabit. Deus obijcit clypeum suũ in bello, inquit Homerus, ut principes tueatur, qui & Palladem deam Achilli adfuisse finxit. Equus quidem paratur ad belli diem, sed à domino Deo, bellicoso parmulario, est saluatio. Soter inquam tecum est, Hiere. 20. tanquàm fortis bellator, ideo qui tua negotia remorantur & persequuntur, cadent: Patrium est enim Romanis alijs imperare, inquit Dionys. Halicarnasseus. Quid ergo aduersus stimulum calcas pseudoangelice? Non deseretur Romanum Imperium. Nosti Homericum illud. Aeneas τρώεσσιν ἀνάξει? Nosti Vergilianum: Imperium sine fine dedi? Rursum: Romanos rerum dominos? Vt enim homo, inquit Florus, qui animantium solus rationis ac cogitationis particeps est, cæteris omnibus præfertur animalibus. Ita, Roma. Imperium cæterarũ gentium imperia atq; respu. excelluit dignitate, etc. Collige igitur, Cæsar, teipsum, uehemẽtcis nanq; composuisti, animorum motus, exitia interuertisti: tumultus compescuisti. Licuit autem illud tuæ reputationi, ac Cæsareæ Maiestati: Bonos in pace conseruare, & inquietos perduelliones, qui rescindunt decreta, castigare. Nam sicut oculus innatus est corpori: ita & tu Imperator Maxi-*

Prou. 21.

Romanis patriũ Imperare.

Vide Orosium lib. 5.

CArolus. Cu Augusto, foelix Cum Traiano, iustus. Constantino, religiosus. Theodosio, pius. Carolo magno, uictoriosus Cum Pompeio Magno, tellurem pede ullat Zach. 2.

me mūdo adaptatus es: Quod nobis cecinit Agapetus his uerbis. Ὥσπερ ὀφθαλμὸς ἐμπέφυκε σώματι, οὕτω βασιλεὺς τῷ κόσμῳ ἐνηρμόσαι. etc. Sic sic: Immortalis eris nunquam tua fama peribit: Stabunt æternos fortia cœpta dies. Nō est prolōgata manus domini, ueniet fides, & illa tēporis filia, VERITAS, uictrix stabit. Redibit lux pristina ecclesiæ, sarcietur unitas, cultusq; religiōis in pristinum dignitatis gradū cum usura restituetur: Humiliabitur superbia Assur, & sceptrum Aegypti recedet.

Aurea quippe prius longis amissa diebus.
Aetas his ualidis manibus reuocata redibit.
Resque suas modicas humilis cū diuite pauper
Aequabit, ueluti fertur uixisse uetustas.

Et alius.

Regnabit pietas cœlo demissa sereno.
A qua descendit quicquid ubiq; boni est.
AVREA AETAS. Ipse redibit amor, ratio instituetur honesti.
Mutabit mores impia turba suos.
Iustitiæ studium ciues uenerabitur inter.
Et quæ nunc uirtus undiq; spreta iacet.
Hesa. 2. In falcem durus curuam formabitur ensis.
Qui modo sæua gerit prælia uertet humum.
Veraq; nutanti iam pax donabitur orbi.
Aurea saturni tempora regis erunt.

Epi-

Epinicion seu uictoriale & gratu-
latorium carmen.

I cito maxime rex, tibi sic Deus oro benignum.
Præstet iter faueat principijsq; tuis.
Ecce humeris defers mundi, rex fortis habenas,
Iure tibi paret quicquid in orbe uides.

τέλος.

ECCLESIAE.

Exhortatio ad Christifideles.

Alumnos.

Quocirca state mecum Christus enim sponsus meus dilectus, uobis promisit ultima in cœna, dicens. Alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum inæternum, Spiritum ueritatis. et iterum: Non relinquam uos orphanos, ueniam ad uos: atque iterum in eodem loco: Paracletus Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille docebit uos omnia, & suggeret Vobis omnia, quæcunq; dixero uobis. Hoc dubiò procul factum est, proinde non est necesse, ut imbibitā doctrinā, ex ipsis fontibus pietatis nostræ haustā, ab Apostolorum tēpore sanctißime conseruatā, aliquorū ampullosis, leuib9, inauditis susurris præponatis. Perdilecta igitur SVNAMITIS, (q̄ hacten9 fortiter uicisti oīnigenos hostes, olim nullis supabilis Ioann. 14

Ff 2 armis

*armis, & quam nūquàm potuit prosternere bellica uirtus) reuertere, reuertere, Reuertere ad me dicit dominus omnipotens, Iob. 14. Tit. 1. cā. 6. Hier. 3. 4. Reg. 17. Ezech. 18. Malach. 3. etc. et ego suscipiam: Remea ad uerum Christi ouile. Cognosce teipsum: cōuertere ad dominū: ora ueniam: Synaxin rite celebra. Seduxerunt te uiri pacifici tui, Hie. 38. prostrauit te subdola lingua nigelli zythobibuli. Et Esa. 3. popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt: Quid te seduci pateris?*

*Ab proculà recto seducta uagaris ouili.*
*Ah miseranda feris es modo præda lupis.*

C. Vom. *Reuoca maiorum fidē, pestiferos fœtus eijce, quid enim ab alijs sperādum. Præponite, charißimi, uobis Herculis exēplū, qui adhuc Ephebus & in prætextata ætate cū ad biuiū illud quod à Pythagora in forma υψιλον literæ figuratum est*
Y *peruenisset, repulsa uoluptate totis ut aiunt ulnis uirtutem cōplexus est. Insistite uestigijs sanctißimorum patrum, non sunt blesi, balbi, Pythagorei: &c. In me manserunt & ego pro eis steti. Et quid pulchrius quàm prudentē: quid honestius quàm temperatum: quid maius quàm fortem esse dici? Fidei catholicæ profeßio, nunqàm à Christifidelibus eripitur, nec surripi potest, neq; naufragio,*

*fragio, neq; incendio amittitur, nec ui tempe-statũ, nec perturbatione tẽporum mutatur: Hæc se poßidentes diuinos efficit: &c. Submitte sponso meo Christo Iesu, qui sanguine suo precioso uineam illam Engaddi rigauit, animos uestros, & demißis spiritibus ad seruiendum ei, lachrumas, præces energiticas & intensas effundite, ut pro sua uoluntate uobis impertiatur misericordiam suam, ut sicut animus uester superbia impiorum consternatus est, ita rursum ex afflictione consequatur gloria. Vbi nunc animi uestri constantia? literæ? fides? Iuramentum? non uos seducit sponsa Christi, (Qui enim Christum sequitur, per eius uestigia usq; ad æternæ lucis solium transmeabit) tu contra audentior ito.* Ambr. de mysterio paschæ cap. 5.

*Fidite uirtuti fortuna fugatior undis.* Mantuanus. Carmelita.

*Non manet & certam nescit habere domum.*

*Etiamsi, inquam, ultra Getas relegati essetis, non negabo uos. Quamobrẽ nunc filioli qui presbyteri estis populi Dei, & ex uobis pendet animus subditorum, uita & prædicatione uestra illorũ animi eriguntur: (integritas præsidẽtium, salus est subditorũ.) Agite ante omnia gratias domino Deo nostro, qui tentat, quemad. & patres uestros charißimos filios: Reputate hæc ipsa supplicia esse & flagella domini, quibus quasi* Pascere docet Christus nõ dispescere.

 trans-

transgressores uos castigat dominus: ponite idcirco fiduciam & spem uestram in domino, & ipse sponsus meus, pater cœlestis, uos mirabiliter & stupendis modis enutriet non tardabit. Non dabit inæternum fluctuationem iusto, Psal. 54. Quid enim illo ditius? Quid illustrius eo? Quid illo potentius? Quid augustius? Quid fortius atque inuictius? Quid triumphãtius? Sapientius? formosius? Quid efficacius? Qui simplici nutu cõdidit uniuersa: Qui omnes cõsolatur, erigit, armat, docet, monet, trahit, rapit, mutat, transformat, omnibusque undique obuius: Qui nostrũ hunc limum induit, nostra tectus forma, nostram humanitatem assumpsit (excepta culpa) ut nos immortalitatis gloria uestiret, & in sui, hoc est summi boni communionẽ assereret: ad cuius iussum silescit mare, uertuntur rerum species, fugiunt morbi, concidunt armati, pelluntur dæmones, seruiunt elementa, scinduntur petræ, reuiuiscunt mortui, resipiscũt peccatores, denique nouantur omnia? cuius immensitas adoranda magis quàm explicãda. &c. QVERITE ergo dilectum dum inueniri potest: inuocate eum dum prope est: (multorum seruus est, qui subiectus est uitijs, inquit, D. Ambros. de Iacob. libr. 2. cap. 3.) derelinquat impius uiam suam, & uir

Luc. 13. Esa. 55.

ini-

*iniquus cogitationes suas & reuertatur ad dile-ctum meum et miserebitur eius, & ad Deum no-strum, quoniam multus est ad ignoscendum.* Ex-clamate cũ Hieremia. *Domine cognouimus im-pietates nostras, & iniquitates patrum nostro-rum (delinquentium) quia peccauimus tibi. Ne des nos opprobrium propter nomen tuum, neq; facias nobis contumeliam, soli gloriæ tuæ recor-dare, ne irritum facias fœdus tuum quod nobiscũ habes: &c.* Diligite dominum omnes *sancti eius, fidos enim tuetur dominus, & abunde retribuit his qui superbè agunt.* Eia ergo filioli, in os sa-crosanctum paranymphi mei oculos uestros fi-gite: huc aures cordis admouete: ille enim Ianua, Ioan. 10. Ille uia, uita, ueritas: Ioan. 5. 14. Ille scala sanguinis & aquæ, hanc uidit Iaacob: in illa angeli descenderunt & ascenderunt. Ille lactea per quam descendere & ascendere debent aroma precum uestrarum plenis acerris. Ha-derech, Lechu Bo, KiThaæminu, ve Ki Thasmeilu, *inqt* Esaias de orthodoxa do-ctrina, ca. 30. Eia, iterum dico charißimi, puras & innocentes manus uestras orantes extẽdite 1. Tim, 2. Io. 9. fiduciã, 1. Io. 3. habete erga Deũ, et quicquid petieritis, accipietis ab eo. Præcepta eius custodite, & ea quæ sunt placita coram eo,

Hiere. 14.

Psal. 31.

Id est, Hæc est uia, ambulate in ea, tam hi qui ad dextrã declinati: quã qui ad sinistrã

*facite. Et Ambrosius de Abraham. lib. 2. cap. 10. Talem te præbe fili, inquit, bonis studijs, & prõpta fide, ut Deus tui misereatur, & uocet te sicut ecclesiam uocauit, dicens. palam factus sum quærentibus me, apparui ijs qui me non interrogabãt. &c. Constantes estote, & obfirmetur cor uestrum omnes qui speratis in dominum: Fratres quidem nostri & olim filioli qui ubera mea suxerunt, Ab longe facti sunt à me, & noti quasi alie-*

Hiob. 91. *ni recesserunt à me, dereliquerunt me propin-*

Psal. 119. *qui mei, & qui me nouerant, obliuioni nos tradiderunt. Quibus olim dedi sanctũm Baptismũ, sacros ordines: &c. ij, Vuicglephici porci Hußitica glande saginati, nũc rabie canina immanißimos edunt contra me latratus ut me dirumpant. Lippus ille nigellus ueterator, & homo factus ad lites, perfidè fidem uiolauit. Pro summis beneficijs summum maleficium reddidit. Me matrẽ perturbauit, à qua fuerat nudus egensq́; receptus olim. In quo neq; legũ metus: neq; ratio, neq; iusiurandi relligio, nec æquitas ulla, nec inferni cruciatus perpetui, nec numinis ullius reuerentia, & metus, neq; ætatis pudor, & cui nihil canicies Patrũ. Si liberos Medeæ Colchidis instar, mactaßẽ, pœnam non fugerem condignam: Sed nunc quando proprijs factis talia dantur, nequeo non flere*

*imme-*

*immeritum malum. Sors autem mea tu domine deus, in hoc sum ut custodiã uerba tua: Vultum tuum deprecor ex toto corde, ut miserearis iuxtà sermonẽ tuũ: Orphani sunt charißimi mei, irrisi, flagellantur toto die, ecce cohæredes tui sunt*, Rom. 8. *Tu Sponse, illorum uulnera portasti, sauciatus es pro ipsis. Verùm,* Ba hæburatho nirpalanu: *hoc est, eius plagis nobis medela & salus contigit, Esai. 53. Posuit, inquit Ambros. de fide lib. 2. cap. 1. animam suam ut nostram leuaret, &c. Pro illis supplico misericors deus, domine exercitũ.* Reuertere *obsecrò, respice de cœlis, et uide, & uisita præparaq; Vineam istam, quam plantauit dextera tua, Psalm. 79.* Nequando *dicant gentes ubi est deus eorũ:* Tempore *tribulationis meæ te (extremam ancoram, & postremum subsidium) inuoco domine, Psa. 86. nam tu exaudis me.* Violenti *insurrexerunt in me, & cætus audacium quærunt animas fratrum meorum, neq; habent te præ oculis tuis. Sed quemad. in summa rerum desperatione,* Nautæ *solent sacram iacere ancoram. Ita ego dispectis omnibus ad te sponsum amabilem, propitium cõfugio.* Nisi *tu deus, ue lut* ἀπὸ μηχανῆς, *id est, ex improuiso, huc te ad me cõferas, ecce funditus interij.* Tu *domine*

*deus clemens & misericors, qui tardus es ad irascendum, sed propensus ad ignoscendum, lento enim gradu diuina procedis ira, conuerte re ad me & miserere mei, da robur ac salutē misero tuo popello, ecce filioli mei sunt quos mihi tradidisti in lauacro regenerationis, à te enim expecto τρισαγίας ἀποκαλύψεις, id est, ter sanctas reuelationes. Fac mecum signum in bonum, ut eo uiso pudefiant osores mei, quod tu domine auxilium & consolationem tuleris mihi: Quod promisisti Sponse prestabis nec diffido, cognosce & uide, quod nihil mali molior, nihil præuaricationis, nihil in te peccaui. Sēper in corde meo abscōdi eloquia tua: Ipsi uero spurij uenantur animā ut tollant eam: Venerunt in*

Psal. 118. *hæreditatem tuā, polluerunt sanctū templū tuū posuerunt morticinia seruorū tuorū escas uolatilibus cæli, carnes sanctorū tuorū bestijs terræ:*

Psal. 78. *sed tu iudica inter me et illos. Et quare (iterum*

1. Mach. 7. *dico) dilecte mi sic persequeris me?* lama hazautani? *Quidenim ego designaui? Quid uerò*

Chaldaice lamasabactani. *mali est in manu mea? fremuerūt gētes, & populi meditati sunt inania: concursarunt reges*

Math. 27. *terræ, et principes conuenerūt in unū, aduersus sponsam et populū eius. Diuiserūt sibi uestimēta mea, et super ueste meā miserūt sortē,* Psal. 21

Psal. 119.

Math.

*Math. 27. uerùm uerbum Christe lucerna est pedibus meis, & lux ad iter meum, iuraui, idq; constanter præstabo, ut custodiam iudicia iustitiæ tuæ. Adieci animum meum decretis tuis, & exequar illa in finem usq;, & adeo æternum. Aggrediūtur nos inimici nostri copia iniuriarū et iniustitia, ut nos funditus deleant: sed tu archidoctor illos in conspectu meo conficies: Fac illis sicut Madian & Sysare: sicut Iabin in torrente Cyson.* Psal. 82. *Pone principes eorum, sicut Oreb zeb & zebee & Salmana. Contudisti olim Amalechitas, contriuisti Moabitas, Confregisti Ammonitas, delesti Edomitas forti manu, atq; brachio extento tuo: Ah contunde nunc eadem ira & contere, et confringe, & dele inimicos christicidas, capita draconis. PErseuerate ergo in uestigijs prædecessorum uestrorum, nolite lectisternia uestra propria defædare: proprio enim ligone seipsum percutere, uinetaq; sua cædere, ac in factā à se foueā decidere, q̄ imprudēs incautūq; sit, uel lippis atq; tōsoribus notū est. Iactēt in nos cōtumelias aduersarij, nos causæ cōfidimus, causā iustißimā tuemur in qua nō dubitam⁹ quicq̄ subesse fraudis. A terrore eorū ne formidetis, uobis sic uiuendū est, ut si fract⁹ illabatur orbis, impauidos feriāt ruinæ, da tū*

*quidem*

quidē est illis uincere, sed ad tempus. Neq; animo frangamini, Labeone enim Oresteq; insaniores sunt: Quod non debent, agunt: quod non uolunt, adinueniunt: Qui ergo se ipsis coniungit diaboli uiscario intricatur, in sinu ignem defert, hamum deuorat. Quin potius Dominū exercituū ipsum sanctificate, Is sit timor uester, pauor uester. Cauete Spermologos, clamosas scraptias, solā fidem identidē iustificare, blaterantes: Hæc enim quàm prosint, uidete in Christi Cōtionum exordio & epilogo Mat. 5. 6. 7. Luc: 6. Ioan. 14. 15. 16. 17. Iac. 1. 2. &c. Seruire deo nihil aliud est, quàm bonis operibus tueri & cōseruare iustitiā, inquit Lact. de falsa sapien. li. 3. ca. 9. Vide de operibus fideliū, Aug. cōcio. 1. in Psal. 103. Hilar. in Psal. 129. Ambr. in cap. Rom. 14. & in 1. Cor. 7. & in 2, Co. 7, & li. 2. offic. ca. 2. et de uocatione gentiū li. 1. ca. 3. 8, 9. Vide eundem Am. li. 2. de fide ca. 4. & in prol. lib. 2. Greg. li. Moraliū 32, ca. 2. & li. 9. ca. 14. & 26. Aug. in Psal. 118. concio. 11. & 12. & idem Aug. in Psal. 120, & in Psal. 121 & 134. Amb. in ca. Rom. 6. Hieronij. li. 2. ad Gal. ca. 5. Aug. in Apocal. Hom. 2. Cyril. in Euangeliū Ioan. li. 9, ca. 30, 32. 33. 34. Ambr. lib. 4. epist. 1. &c. Loci hi sint tibi filij stupa &

Seruire deo quid.

cera contra Seirenas (Poëtæ fingunt, tres fuisse filias Acheoloi) circumueniunt certè uos lubrici mille mæandris. Sūma, estote fideles usq; ad mortē, & habebitis coronā uitæ. apo. 2. Quia nō est deficientia timentibus deū, Psal. 34. Baiom halisli iekimenu, uenihie Lephanaf, hoc est, in die tertia suscitabit nos, & uiuemus in cōspectu eius. Fer igitur opē Christe, qua defendamur ab improborū matricidarū morsibus quoniā te nitimur, & in nomine tuo, dilecte mi, Nō erit nobis formidabilis ullus Harmagedon et Misanthropos, ἀπολλύων, Apocal. 9. Exterminator, 1. Cor. 10. scismaticus, Hostis bestia. Hoseæ 6: Psal. 109. 2. Thess. 2.

Oratio ecclesiæ ad dilectum Sponsum.

Anna iehoua, hoschia, na Anna iehoua, Hatziliah, na. Hoc est ô domine saluum me fac: ô domine, bene prosperare: Excita potentiā tuā & ueni, & quod ecclesiæ tuæ promisisti, usq; in finem seculi clementer operare. Hoc fac pie IHESV & citißime, fiat, fiat: dicat omnis ecclesia, Ieamen. Psal. 117.

FINIS Paraclescos.

Liuide pone tuum tandem exitiale uenenum.
Non alium ledis te furor ipse necat.

*Catalogus erratorũ, in hoc opere tumultuanter admissorum quibus legendis, memẽto priori numero paginam signari: posteriori lineam; inde sequi ueram lectionem.*

*Fol. 18. lin. 24. eporcistas fol. 19. lin. 9. de idololatria, abundat. fo. 19. lin. 26. sanctum. fo. 19. lin. 4. b. graduum. fo. 20. lin. 13. b. quæ. fo. 21. li.. 12. b. charismata. fo. 37. li. 2. a. sapiamus fol. 40. lin. 26. a. prædari fol. 80. lin. 1. b. constituit. fol. 106. lin. 19. b. Toringi. fol. 109. lin. 15. a. Saxones. fol. 125. lin. 7. a. feudatarius. fol. 59. lin. 10. remouerenturq́; &c.*

*Dilingæ in Rhetia, Sebaldus Mayer excudebat, Anno M. D. LVI.*

